MANUALE REGULARIS DISCIPLINAE APUD CLERICOS REGULARES S...

Barnabiti




BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
14
27 P
38

MANVALE REGVLARIS DISCIPLINÆ APVD CLERICOS REGVLARES S. PAVLI.

In quo, Constitutiones omnes, earundem declarationes, Decreta, Monita Capitulorum Generalium, formulæ officiorum, & aliæ instructiones eiusdem Congreg. propriæ, ordine alphabetico perstringuntur.





MEDIOLANI, MDCL.

Ex Typographia Ludouici Montiæ ad Plateam Mercatorum.

Superiorum permissu.

Ex Libris Monrij S. Crucis in Jerusalem Ord. Cister. in Vrbe Roma anno 1721.

D. Baptista Cribellus Præpositus Generalis Cong. S. Pauli.

Librum cui titulus est, *Manuale Regularis Disciplinæ apud Clericos Regulares S. Pauli*, à R. P. D. Haymone Corio Præposito Collegij S. Alexandri Mediolani digestum; & à PP. nostris Assistentibus visum, & approbatum, vt typis mandetur; facultatem, quantum in nobis est, concedimus. Dat. Mediol. ex Collegio nostro SS. Apost. Pauli, & Barnabæ; die 15. Ianuarij; anni 1650.

Locus ✠ Sigilli.

IMPRIMATUR.

Fr. Basilius Commiss. S. Officij Mediolani.

Carolus Ghioldus Theol. S. Nazarij pro Eminentiss. D. D. Cardinali Montio Archiep.

Comes Maioragius pro Excellentissimo Senatu.

MANVALE REGVLARIS DISCIPLINÆ APVD CLER. REG. S. PAVLI.

ABSTINENTIA.

1 Quarta quaq; feria carnibus abſtineant noſtri, excepto natali die. *C. l. 2. c. 7.*

2 Liceat apud extraneos edere quæ apponuntur. *Ib.*

3 Caueatur, ne ratione duplicis obſonij ieiunij die conceſſi, cõtra abſtinentiæ virtutem fiat. *form. de Victu. V. V. Ieiunium.*

ADMINISTRATIO.

1 Antequam quis habitum ſuſcipiat, niſi aliter ex cauſa Præp. Generalis, vel Prou. concedat; rerum ſuarum curam, & adminiſtrationem deponat. *C. l. 1. c. 3.*

2 Adminiſtrationis rationem exigere, propriè ſpectat ad Cap. Generale, & ad Præp. Gen. cum conſenſu Aſſiſtentium. *C. l. 4. c. 12.*

3 Tota auctoritas adminiſtrationis bonorum vniuerſæ Cong. conſtituta eſt item apud Generalem cum ſuorum Aſſiſtentium conſenſu. *Declarat. Conſt. l. 4. c. 12. 1599.*

4 Capitula localia habent particularem adminiſtrationẽ ad præſcriptum Conſt. & eiuſdẽ eſt particeps quilibet Sacerdos poſt quadriennium à profeſſione. *C. l. 4. c. 1.*

ALTARE.

1 Altarium conſecrationes notet Cancellarius Collegij, & in Archiuio aſſeruet. *C. l. 4. c. 17.*

2 In noſtris Eccleſijs ſit ſaltem Altare dicatum S. Paulo Apoſtolo. *C. l. 2. c. 8.*

3 Sint Altaria munda, integra, incorrupta. *Ibid.*

4 Ad Altare maius ne Parochi noſtri habeant functiones parochiales, ſed ad minus, à Prou. vel Gen. deſignandum. *Dec. C. G. 1641.*

5 De candelis in altari collocãdis *Vide V. Candelæ. V. Sacriſta. V. Munditia.*

ADVENTVS.

1 Aduentus tempore ex Ritu Rom., quadrageſimalis abſtinentia, & ieiunium ſeruetur. *C. l. 2. c. 7.*

2 Eo tempore parcius loquendum. *C. l. 2. c. 14.*

ÆDIFICIA.

1 Tam vrbana, quàm ruſtica ſint modeſta, etiam ſi fiant, gratia hoſpites admittendi. *C. l. 2. c. 3.*

2 Ambitus, & locus eorum, ad numerum Collegiorum aptentur qui habitaturi sunt. *Ib.*

3 Cubicula singulorum in quolibet latere sint septem cubitorum Mediol. *Ib.*

4 Aliena à præscripto modo, cum consensu Gen. & Assist. vel diruantur, vel amoueantur. *Ib.*

V. V. Paupertas. V. Ecclesiæ.

ÆGROTORVM CVRA.

1 Præficiatur ægrotorum curationi aliquis, vel plures, charitate, diligentia, viribus, & parandis infirmorum cibis & medicamentis idonei, vt huic curæ satisfacere valeant. *C. l.* 4. *c.* 18.

2 Hæc item cura alicui ex Patribus à Capitulo mandetur, qui seriò animaduertat in ministros, eorum officium, & curationem, ne quid desit infirmis. *Ib.*

3 Præpositi & Vicarij in eădem sollicitudinem inuigilent. *Ib.*

4 Ingrauescentes ætate, vel ob aliquod morbi genus, vel stomachi imbecillitatem, communem viuẽdi rationem ex causa ferre non valentes, sub eadem ægrotorum cura habeantur. *Ibid.*

V. V. Præfectus Valetudinarij. V. Minister Ægrotorum.

ÆQVALITAS.

1 Nullus propriè aliquid faciat, quod ad seueriorem vitę rationem pertineat sine cõcessu Superioris. *C. l.* 2. *c.* 13.

2 Neq; sibi plus tribui quacunque in re postulet, quàm cuilibet alij. *Ibid.*

3 Superiores, neminẽ præcipuo amore dignum statuant; nisi quem moribus, & virtute cæteris præstare viderint. *Ibid.*

4 In supellectili cubiculorum, vestimentis, vsu cubandi, & ijs, quæ ad communem vitam pertinent, modo, mensura, aut ratione quauis, æqualitas seruetur, etiam à Superioribus, qui ad exemplum cæteros anteire debent. *C. l.* 2. *c.* 3. *&* *c.* 13. Nisi officij necessitas aliud postulet. *C. l.* 4. *c.* 17.

5 Æqualitas ista, intelligitur esse proportionis, & eius, quod cuique opus sit, habita ratione, vt in quibuscunq; rebus, in dispari quoque ratione, æqualitati consulatur. *C. l.* 2. *c.* 13.

6 Non solum in vitæ opportunitatibus, sed in cæteris omnibus, maxime in diuinis officijs, & ad cultum diuinum pertinentibus, nihil fiat, in quo diuersitas in Congregatione appareat. *Ibid.*

V. V. Victus.

ÆTAS.

1 Recipiendus vt Clericus non sit minor 18. annis, vel saltem 16. attingat, neq; maior 40. recipiatur facilè, nisi magna ex causa. Conuersus ne minor 17., vel maior 34. *C. l.* 1. *c.* 2.

2 Eligendus in socium Capituli Generalis sit annorum 30. *C. l.* 4. *c.* 2.

AF-

AFFECTIONES.

Superiorum officium sit, immoderatas subditorum affectiones reprimere; malefacta ne fiant prudenter auertere; discrete corrigere. *C. l. 2. c. 12.*

V. V. Præpositus Localis.

ACTA COLLEGIORVM.

1 Notentur per Cancellarium cuiusq; Collegij in libro ad id destinato, primò quidem primordia, & iura Collegij, fundatores, occasiones aceptationum, emptionum, venditionum, quando, & per quos adepta possessio Collegij, Ecclesiæ, eiusdem possessionis facta promulgatio, qui primum assignati Collegio, an constitutum cum Præposito, qui annui redditus, census, pensiones, onera Collegij, vel Ecclesiæ. *form. Cancell. local. & formulam pag. 66.*

2 Ad initium officij Præpositi, notentur nomina, & cognomina singulorum Collegialium ordine professionis.

3 Referantur item electiones officialium omnium, conseruatoris electio, omnes cõsecrationes, adeptio & traslatio reliquiarum, picturæ, & si quid aliud insigne, campanæ quando fusæ, emptæ, consecratæ, ius sepulturæ, quando, quibus, cur datum, priuilegia & indulgentiæ, quando concessæ, quæcunq; fabricæ, Clericorum ordinationes, quando, vbi, per quos, primæ Missæ celebratio, approbationes Confessariorum & Concionatorum, horum munus certo loco, vel tempore exercitum, insignes cuiusque actiones, omnes visitationes, præcepta facta à Superioribus, Decreta, literæ quæ publice legendæ mãdantur, Laicorum Cong. & quando institutæ, legata insignia. *Ibid.*

4 Describantur quoq;, quando & vbi celebratum Cap. Gen., quis socius Capituli, qui Generalis & localis electus, mutationes Collegialium, discedentes sine licentia, obitus singulorum, & si quod exẽplare in eis fuerit breuiter referatur, ex monito Cap. Gen. 1620.

5 His addantur petitiones, receptiones, missiones ad nouitiatũ, admissiones ad habitum, & professionem nouitiorum, emissam eorundem fidei professionem, & solemnium votorum, qui cæperint & cõfecerint cursum alicuius scientiæ, quando Magister effectus, publicæ defensiones, reuocationes à studijs. Hęc & si quid aliud notatu dignum sit, apposito anno, mense, die, & Pręp. Collegij sub quo contigerunt, referat, relatis minutioribus in alio libro. *Ibid.*

6 Acta capitulorum tantum grauiora poterunt & hic referri, sed antequã quid notabile referat, id separatim habeat in folio, approbandum prius à Præposito & Discretis. *Ibid.*

7 Curet Præp. puro stylo & bono caractere scribi hæc omnia, quę

à Cancellario in fine anni subscribantur. *Ibid.*

Vide formulam inferius describendam.

ACTA CAPITVLORVM Localium.

1 Habita possessione Collegij vel domus, describatur locus cõstitutus pro primo Capitulo habendo, notatiorum more, & si mutari deinceps contingat, perinde fiat: postea verò, sufficiat dicere, loco consueto. *formul. pag. 69.*

2 In singulis numerentur omnes vocales ordine professionis, nominis, agnominis, & dignitatis expressione, vsq; ad Cancellarium inclusiue. *Ibid.*

3 Absẽtes, & absentię causæ notentur, & maxime nomen Præp., & speciatim tunc nominetur, qui vices eius in Capitulo geret. *Ibid.*

4 Noui Sacerdotis aduenientis quadriennio post professionem, vel priuilegiati ad vocem, fiat specialis mẽtio, & si à Capitulo extraordinario admittatur. *Ibid.*

5 Addatur quod propositum est in Capitulo, & omnia etiam nõ firmata suffragijs in librum referantur. *Ibid.*

6 Item datum, vel negatum de vita, & moribus testimonium, datum iuramentum si fuerit, rationes de re magni momenti vtrinq; allatæ *Ibid.*

7 Prænotentur si quæ sunt proposita grauia, ante discussionem. *Ibid.*

8 Quidquid constitutum est magni momenti, post actum subscribatur, vel remittatur lector ad librum Actorum Collegij, si in illo sit. *Ibid.*

9 Acta per publicum instrumẽtum, consignẽtur adscripto Notarij nomine, cognomine, patria, habitatione, anno, & die contractus. *Ibidem*.

10 Teneantur omnes interesse & consentire stipulationi negotiorum per suffragia stabilitorum, etiã ji, qui ab alijs discordarint, & teneantur omnes iurare, & possint sub pæna Superiori arbitraria ad id compelli. *Ib. & Dec. Cap. G. 1623.*

11 Connotentur quicunq; delecti sunt ad negotia pertractanda, electiones omnium officialium: in electione socij, qui triginta annos nati, q̃ secus, & qui ab alieno Collegio, iure accesserit, item quidquid legi Constitutionum contigerit, iuramenta rite præstata, factæ per schedulas nominationes, lata suffragia, quorum maiorem partem si quis non tulerit, addatur iterum data esse suffragia, & talem electũ. Insuper qui maiorem numerum suffragiorum tulerit, vel propius accesserit, vel prælatum professione priorem. *Ibid.*

12 Quæ ad Capitulum generale deferenda sunt, proponantur in Capitulo & eodem ordine, prout vel affirmatum, vel negatum fuerit in libro referantur, cum ijs, quæ à

Cap.

Cap. Gen. ad Collegium rescripta sunt. *Ibid.*

13 Fiat & in eodem libro, mentio de literis Capitularib⁹ ad Gen. vel Prou. datis, & de illorum responsionibus. *Ibid.*

14 Absente Cancellario, Superior alterum substituat, qui de ipsa substitutione fidem faciat, cunctisque actibus libello aliquo per se rescriptis se subscribat, & reuerso Cancellario tradat, qui omnia referat vt iacent in libro Actorum cum nomine, & agnomine substituti. *Ibid.*

15 In fine anni subscribat Cancellarius & firmet Acta Cap. ab initio eiusdem sui officij ad renouationem officij, & deinceps, si iterum eligatur. *Ibid.*

ACTA CAP. LOCAL. AD Cap. Gen. defer.

1 Desumantur ex libris Capitulorum, Actorum, Benefactorum cuiuscunq; Collegij. *Dec. Cap. Gen. 1611. & for. p. 74.*

2 Consulto Præp. & discretis, proximè ante Cap. Gen. ita describat Cancell. ordine infrascripto, adiecto prius titulo, Acta Coll. S. N. quę acciderunt Superiori triennio, ab anno : : ad annum : : Pręposito, seu Præpositis N. N. Collegium administrantibus. *Ibid.*

3 Ordo sit. Memoret prius spiritualia, videlicet.

De fabrica Ecclesiæ, altarium, consecrationibus, benedictionibus campanarum, imaginibus, sepulturis datis insignioribus, iure illarum dato, ornamentis Ecclesiæ, coenotaphijs virorum Illustrium, Sacristiæ paramentis, suppellectili, priuilegijs altarium, indulgentijs, stationibus, datis, vel repertis Sanctorum corporibus, reliquijs, & harum translationibus, functionibus Ecclesiasticis, concionibus habitis, exercitationibus publicis spiritualibus, Sacramentis administratis, Missis Prælatorum, publica 40. horarum oratione, Doctrina Christiana, Missa primo celebrata, exequijs illustrium, & orationibus habitis in eorum laudem, processionibus Cleri ad nos, miraculosa manifestatione imaginum, aut sacrorum corporum, numero Missarum annuarum, Congregationibus quibusq; & earum institutis, peregrinationibus, pecunijs in pauperes erogatis.

De litterarijs functionibus, scholis, Academijs, publicis disputationibus, repræsentationibus, studio linguarum, libris in lucem editis, functionibus Collegialium, singulariter ad ædificationem proximorum, insignibus Peccatorum conuersionibus, Ministerijs gratia Prelatorũ, & Principum ad eorũ confessiones audiendas, ad Cleri examen ex Syn. Decreto, actionibus synodalibus, visitationibus, Inquisitionis negotijs, consultationibus in Congreg. Prælatorũ, de Nouitijs

receptis,

receptis, professis, sacris initiatis, concionatoribus in Cathedrali; aut aliorum Ecclesijs, Monialium confessionibus auditis, defunctis & eorum gestis cum laude. *Ibid.*

Secundo ordine memoret Temporalia, videlicet.

De hæreditatibus, donationibus, legatis, & alijs contractibus: dotibus altarium, alienationibus &c. ædificijs vrbanis, & rusticis, aquarum iuribus, aquæductis, plantationibus. *Ibid.*

Aucta insigniter Bibliotheca, oneribus perpetuis, ad tempus, obligationibus Missarum, diuinorum officiorum, ære alieno contracto, dissoluto, censibus vitalitijs, litibus, sententijs latis, additis benefactoribus, eleemosynis in nos erogatis. *Ibid.*

4 Exarentur hæc omnia, historice, breui stylo, & facili, addito nomine, & agnomine nostrorum, tum aliorum de quibus agitur, ordine temporum sub quibusq; titulis seruato, & anno, in margine.

5 Sint subscripta à Pręp. Discretis, Cancellario, qui alterum exemplum seruet in Cancellaria Collegij. *Ibidem*.

ACTA CAP. PROVINC.

Acta Capitulorum Prouincialium, & Prouinciæ. *V. V. Cancellarius Præp. Prouinc.* vbi, quando scribenda.

Acta Præp. Gen. & Capit. Gener. *V. V. Cancellarius Præp. Gen. & Praxim in lib. Act. Cap. Gen.* vbi, quomodo adnotanda.

ADVENÆ.

Sacerdotes, qui in aliquo Coll. hospitabuntur, ipsa prima die iuxta tabellam Sacristiæ eiusdem Collegij Sacrificium offerant. *Dec. Cap. Gen.* 1638.

V. V. Præfectus Hospitij.

ALIENATIO.

1 Præp. localis proponat in Capitulo causas legitimas mouentes ad alienationem stabilium, vel etiam rerum mobilium prætiosarum, quæ scilicet seruando seruari possunt & specialiter quantum fieri potest, mature ac diligenter propositas & excussas, proponat, si plures concurrunt, an expediat deuenire ad eiusmodi alienationé, quæ similiter declaretur, cuius speciei illa sit, & oblatum prætium, ijsque singillatim redactis in scriptis, dentur suffragia de more pro primo tractatu. *formular. p.* 56.

2 Si alienatio proponitur ob necessitatem, proponatur an alia ratione, vel contractu prouideri possit; & si non possit, id etiam exprimatur in tractatu ipso. *Ibid.*

3 Si de euidenti vtilitate, vel de re incommoda, vel damnosa alienanda agatur; obseruetur, an quæ modo vtilia videntur, tractu temporis verisimiliter inutilia futura sint, & vice versa. *Ib.*

4 Si de emphyteusi concedenda agatur, videatur, an renouanda

solum

ſolum inueſtitura , aut de nouo concedenda; & hęc, prout fuerint, explicentur. *Ibid.*

5 Si de venditione, exponantur cedulæ de more, vt plus offerenti deliberetur. *Ibid.*

6 Poſt primum tractatum, dentur à Superiori,locali litteræ ad P. Gen. eumq; edoceat de mente Capituli,& cauſis mouentibus, & antequam ad vlteriora procedatur, expectetur reſponſum; Generalis vero ſi expedire iudicet, det litteras vni vel plūribus etiam alterius Collegij, qui de conſilio extraneorum peritorum referant illi quid de tali elienatione ſentiant. *Ibid.*

7 Approbante Generali talem alienationem, datis conuenientibus ſpacijs, Præp. localis habeat duo alia Capitula, in quib' & priores cauſas, & nouas ſi habet alienandi, diſcutiendas, examinandas ſingulas proponat, & dentur pro approbatione, vel reprobatione ſuffragia de more, notetq; Cancellarius reſolutionem inter Acta Capituli; quibus adhibeatur fides ſi caſus euenerit. *Ibid.*

8 Venditiones tamen, emptiones, emphyteuticæ locationes, cōductiones, & omnes omnino alienationes, vel acquiſitiones deferantur ad Gen. vel Prou. qui quantum in illis eſt contrahendi facultatem concedant. *C. l. 4. c.* 17.

9 Dentur ideo litteræ Capitulares ad P. Gener. in quibus ſummatim referantur cauſæ mouentes ad talem alienationem, & ſtrictim enuntientur tractatus ſuper hac habiti in Capitulis, & horum tractatuum exemplaria ſubſcripta à Præp. & Collegij Cancellario, diſtincta tamen à litteris, eodem tempore tranſmittantur, & omnia ſeruentur in archiuio ſimul cum litteris prædictis; quibus petatur à P. Gen. facultas deueniendi ad huiuſmodi contractum, & ſi maiori facultate opus ſit, mandet Proc. Gen. vt illam expenſis Collegij procuret. *Ibid.*

10 Exemplum litterarum illarum concipi poteſt ex formulario, *Ibid. pag.* 58.

11 Præp. Gen. acceptas litteras ſupradictas, examinet cum ſuis Aſſiſtentibus, & deliberet quantū eſt in ſe, aut etiam, ſi maiori facultate opus ſit, de illa obtinenda, vt magis expedire iudicauerit. *Ibid.*

12 Nec conficiatur Inſtrumentum, antequam facultatem dederit Generalis, quæ in inſtrumento inſerenda eſt, & legenda erunt præſentibus tantum Patribus antequam Notarius accedat, quæ Generalis ſcripſerit. *Ibid.*

13 Formulam litterarū pro alienatione fundi, cenſus, redditus, vel rei prætioſæ habes in formul. pag. 58., & debent ſubſcribi à Præp. & Cancellario cum ſigilli appoſitione.

14 Pro permutatione bonorum

Co.l gij

Collegij cum alia Ecclesia, Vide formul. *p.* 59.

Pro permutatione cum Laico. *pag.* 61.

Pro alienatione iure luendi reseruato. *pag.* 62.

Pro extractione locorum montium. *pag.* 62.

Pro constitutione Census perpetui, Census Vitalitij; locatione in Emphyteusim, & Emptione. *pag.* 63. 64. 65.

15 Alienationes emptiones &c. referantur in lib. Act. Coll. *form.*

V. V. Bona. V. Administratio.

ALTARE.

1 Tantum necessaria construãtur, & ijs ornandis & muniendis seruentur regulæ præscriptæ. *C. l.* 2. *c.* 8.

2 Eorum consecrationes notet Cancellarius. *C. l.* 4. *c.* 17.

V. V. Ecclesiæ. V. Sacrista.

AMBITIO.

1 Nefarium ambitionis vitium in electione Præp. Generalis abdicetur. *C. l.* 4. *c.* 8.

2 Eiusdem dignitatem sibi cum alijs, per se, vel per alium mandari procurans, priuetur iure suffragij in perpetuum, & grauiori pæna ad arbitrium Cap. Gen. *C. l.* 4. *c.* 8.

3 Qui cognouerit aliquem id curare, deferat ad eum, qui Prep. Gen. locum obtinet: alioquin eadem pæna mulctetur, nisi minuenda aliquando videatur Cap. Gen. *Ibid.*

4 Hæc Constitutio extenditur ad eos, qui aliam Præp. dignitatem, Assistentis, Visitatoris, Proc. Gen. officium, vel dignitatem aliquam extra Cong. eodem modo quæsierint. *Ibid.*

5 Generaliter omnes quodcunq; officium per ambitionem quęrentes grauiter puniantur, ita ut alijs exemplo sint. *Ibid.*

6 Qui aduersus hæc aliquid quæsierit, & obtinuerit, præter dictas pænas, dignitate, aut officio obtento priuetur; aut illius vsu quantum apud nos est interdicatur & contra hoc Decretum ne dispẽsetur. *Ibid.*

7 Dentur literæ testimoniales ad Præp. Gener. de publicatione Decreti contra ambitum promulgati ad formam descriptam.

V. V. Dignitas. V. Capit. Gen.

V. Iuramentum.

AQVA BENEDICTA.

1 Postquã omnes aqua benedicta aspersi de more fuerint, cum silentij lege se quam primũ cõferant ad quietẽ. *C. l.* 2. *c.* 6. *V. V. Cubicula*

ARCHIVIVM.

1 In Archiuio seruentur à Cancellario, qui curam illius habeat, Inuentaria bonorum omnium, iuriũ, actionum, obligationum, tàm spiritualium, quàm temporalium, instrumenta authentica, quæ ad iura Collegij seruanda pertinent, edicta publica, quæ ad Collegium pertinere possunt: quæcunq; notatu digna

gna, & ad Collegiũ pertinentia occurrent, Ecclesiarum, vel Altarium consecrationes, ordinationes Clericorum, & aliorum item, licet nõ tanti momenti. *C. li. 4. c. 17.*

2 Ad archiuium Generalis, & Prouincialis mittantur statim à Collegijs Inuentaria bonorum, & iurium quorumcunq; *Mon. Capi. Gen. 1629.*

3 Procuratores quoq; locales ad Generalem mittant mense Aprilis vel Maij authẽticum exemplar singulis annis summæ rationum conficiendæ in libro magistro, eamq; transmittant tàm primo, quàm secundo anno post Cap. Gen., ad quod referant pro anno tertio. Illud autem asseruet Gen. & recognosci faciat, & moneri de erroribus, si qui irrepserint, delegatum mittens contra negligentes, eorum expensis, qui etiam sacrificiũ offerat pro Collegio, à quo discesserit. *Mont. Cap. Gen. 1647.*

ASSISTENTIVM ELECTIO in Cap. Gen.

1 Ante omnium cuiuscunq; generis Officialium electionem, legantur quæ de illorum officio, & electione in Constitutionibus habentur. *C. l. 4. c. 9. & 13.* & leguntur à Cancellario de suggestu, qui & cathalogum eorum qui eligi possunt proponit. *Cen. l. 3. c. 1.*

2 Nominentur Assistentes omnes eadem schedula, cum formula Iuramenti præuia, vt ibid. & ad præscriptam formam electionum *cap. 8. Constit.*

3 Eadem ratio nominationis, ordinis, iuramentorum, suffragiorum, maioris partis, scrutinij repetendi cap. 8. li. 4. descripta, seruetùr in alijs omnibus electionibus quacunq; occasione faciendis, nisi aliter contra exprimatur. *Ib. C. l. 4. c. 9.*

4 Ad speculandas officij sui partes, negotia gerenda, & consilium capiendum Præp. Generalis illis vtatur. *C. l. 4. c. 13.*

Sint sanctitate, virtute, & ornamentis præditi, vt tale munus requirit. *Ibid.*

5 Duo semper ex ijs, qui Assistentes præterito triennio fuerunt, maneant; nisi forte quandoque etiam omnes confirmari expediat. *Ibid.*

6 Vna & eadem schedula nominentur.

7 Inter quatuor vna schedulà nominatos, sufficit, si vnus saltem ex veteribus Assistentibus comprehendatur, modo duo ad præscriptum Constitutionum confirmentur *Dec. Cap. Gen. 1602.*

8 Ea forma eligantur, vt primo quidem dentur suffragia ijs, qui maiorem habent numerum nominationum iuxta Const. sed tamen, si eligantur primo loco duo Assistentes noui, tunc, & eo casu dentur suffragia nominatis ex Assistentibus trienij superioris, iuxta ordinem

plurium nominationum, vt ex ijs duo approbētur, ommiſſis alijs omnibus nominatis. *Ibid. 1623.*

ASSISTENTIVM ELECTIO extra Cap. Gen.

1 Adueniente caſu eligendi Aſſiſtentem extra Cap. Gen., ius iſtiuſmodi electionis eſt penes Præp. Generalem, Aſſiſtentes eiuſdem, & Præp. locales tantum, non alios.

2 Cum his agat de conſenſu Aſſiſtentium de alio per litteras ſufficiendo. *C. l. 4. c. 13.*

3 Idem faciat, ſi aliquam ex eis fortaſſe à ſe diutius abfuturum ablegare velit. *Ibid.*

4 Diuiſa Congregatione in quatuor Prouincias, tunc, ommiſſis Præpoſitis localibus, ad Prouinciales ius eligendi ſpectabit. *Conſt. Ib. & ex Conſult. Generalis, & Aſſiſtentium habita anno 1623.*

5 Si Aſſiſtens aliquis ſit etiā Prępoſitus, eius loco Vicarius illius det votum more aliorum Præpoſitorum. *Decl. Cap. Gen. 1585.*

6 Admonitis à Generali localibus Præpoſitis, dent iſti ſuffragia per litteras ſeruata forma deſcripta in formular. p. 45.

7 His acceptis, Præp. Gen. cum ſuis Aſſiſtentibus, videat an vllius Præpoſiti localis ſuffragia deſiderentur, & ſi nulla deſint, in vrnam ſchedulas omnes conijciat adhuc obſignatas, & addat Generalis cū Aſſiſtentibus ſuam ſchedulam, plicatam vt legi non poſſit, ſed non obſignatam. Scrutatores ſint, ipſe Generalis, & duo primi Aſſiſtentes, qui præuio de more ſcrutatorū iuramento ſchedulas aperiant, nominatos notent cum nominationum numero, tacitis nominantium nominibus; enuntient ſingulorum ſuffragia, & cui maior pars acceſſerit, is intelligatur electus. *Declar. Cap. Gen. 1585.*

8 Si non obuenerit; Generalis ſcribat iterum ad ſupradictos, maiorem partem nemini obueniſſe; adijciat notulam nominationum cum numero ſuffragiorum, vniuſcuiuſq; ex nominatis, mandans cū obligatione ſecreti, vt nemini, neq; nominatos, neq; numerum nominationum patefaciant, & vt illico ſecundam nominationem mittant modo, quo ſupra, in qua ad vnum ex nominatis quem maluerint, accedant, non autem alium de nouo nominent; porrò notulam nominationum à Generali tranſmiſſam confeſtim igni tradant *Ex formular. p. 46. & Declar. Ib.*

9 Acceptis his litteris fiat denuo ſcrutinium modo, quo ſupra, iſq; cenſeatur electus cui maior pars acceſſerit, & ſchedulæ omnes comburantur. *Declar. Ib.*

10 Hæç eadem ſeruentur in Electione Viſit. & Proc. Generalis, ſi caſus eueniat.

ASSISTENTIVM OFFICIVM.

1 Aſſiſtant, aſſideantq; Præp. Generali: opera, conſilio adiuuent: ſan-

sanctitate,prudentia,virtute,exemplo, grauitate, humilitate fulgeant: obedientiam, & subiectionem eidē præstent: prompti sint ad eius nutum, & in negotijs tum consultandis, tum gerendis quam maxime poterunt adiuuent. *Reg. Assist.*

2 Abstineant quantum fieri potest ab alijs occupationibus: speculentur, & suggerant Congregationis vtilia: Generalis mandata fideliter exequantur: eidem quid quid expedierit referant, ideoq; de omnibus quæ in Cong. fiunt diligenter exquirant: statum item Cong. Prouinciarum, Collegiorum, & maxime vbi nouitij, & scholæ sunt, & personarum, quarum omnium notulam habeant. *Ib.& C.l.4.c.13.*

3 Tàm Collegialium, vbi sunt, quàm cæterorum omnium amorē, & obseruantiam in Generalē procurent, excitent, tueantur. *Ib.*

4 Se gerant cum Pręposito Gen. ac inferiores cum alijs Superioribus secundum constitutiones, & ordinationes nostras. *Ib.*

5 Dei honorem, & Cong. bonum in omnibus spectent: simultates, & discordias inter se deuitent: arceant nimias propensiones, auersiones, immoderata desideria: simplici & incorrupto animo vtilia Cong. explorent, & proferant. *Ib.*

6 Ita caueant vt Generali nimis contradicant; vt tamen deuitent nimiam facilitatem loquendi placentia, aut propriæ conscientiæ pręiuditium faciant. *Ib.*

7 Neq; directè, neq; indirectè sine Generalis concessu quidquam significent de negotijs in ipsorum conuentibus habitis. *Ib.*

8 Qui Generalis locum habebit, nec limites suæ auctoritatis excedat, nec deficiat auctoritate sua non exercita. *Ib.*

9 Qui partes habet admonendi Generalem seruet quæ in eius regula descripta sunt. *Ib.*

10 Idē decernat de libris Prep. Gen. imprimendis, & moriente Generali præsideat titulo Vicarij Generalis; cæteraq; præstet ad formam à Constit. & ordinationibus nostris eo casu præscriptam. *Ib.*

11 Habeant omnes Assistentes penes se, tum suam regulam, tum Præpositi Generalis, eamq; per singula quatuor anni tempora legant. *Ib.*

12 Eorum officium potest Generalis ad tempus suspendere cum consensu reliquorum. *C.l.4.c.13.*

13 Possit Assistens esse Præpositus Collegij, in quo habitat. *Constit. Ib.*

ASSISTENTIVM
Consensus.

1 Assistentium sententias sequi non constringitur Præpositus Generalis, in omnibus, sed hortatur. *C.l.4.c.13.*

2 Eorum assensus requiritur in his, videlicet.

1 In præcepto faciendo. C. l. 1. c. 1.

2 Vbi quid in Const. vel alijs ex Constitutionum præscripto condendis, interpretationé, aut declarationem postulare visum fuerit, neq; tempus sit remedium ad Cap. Gen. differendi. *Ibid.*

3 Vbi dubia incident in recipiendis in Congregationem. C. l. 1. c. 2.

4 In decernenda pæna ijs quos compertum fuerit post professionem, occultasse aliquod impedimentum ob ætatem, hæresim, schisma, irregularitatem, habitum alterius religionis, natales, morbos, vitam eremiticam, æs alienum, personarum sustentationem. *Ibid.*

5 In receptione Nouitiorum. *Ibid.*

Admissione ad habitum. C. l. 1. c. 3. Ad professionem. C. l. 1. c. 5. Ad hanc differendam, etiam ad annum. *Ib. & Reg. Gener.*

6 In constituendo loco Nouitiorum, si longè sit tempus Cap. Gen. l. 1. c. 4.

7 Ad suspendendum ad tempus ab officio aliquem ex Assistentibus C. l. 4. c. 13.

8 In iterum recipiendo, qui dimissus fuerit, vel sponte abierit. C. l. 1. c. 6.

9 In negotio fundandi Collegij aut loci accipiendi ad fundationé oblati cum non possit deferri ad Cap. Gen. l. 1. c. 7.

10 In attribuendo alicui Collegio, vel pluribus quid quid quisq; attulerit, aut legato, donatione, vel hominis, iurisue dispositione acquisitum fuerit, nisi testatorum, vel disponentium voluntas secus exigat. l. 2. c. 3.

11 In diruendis, vel dimouendis ædificijs, quæ iam extructa sunt, & à moribus Congregationis aliena. C. l. 2. c. 3.

12 In accipiendis conditionibus, oneribus Missarum, aut Diuinorum Officiorum, quæ ad tempus sunt. C. l. 2. c. 5.

13 In stabiliendis formis Ecclesiarum, & Domorum. C. l. 2. c. 8. Et exemplaribus Collegiorum. *Dec. C. G. 1629. 1638.*

14 In explodendis incorrigibilibus. C. l. 2. c. 12.

15. In scholis exercendis apud Collegia specialiter literarum studio non destinata. C. l. 3. c. 5.

16 In extraordinariè conuocando Cap. Gen. C. l. 4. c. 2.

17 In iudicando etiam cum Præpositis vel Prou. si fuerint Prouinciæ an Cap. Gen. celebrari non possit. *Ibid.*

18 In limitando Prouincialibus numerum recipiendorum. *Dec. C. Gen. 1632.*

19 In casuum reseruatione. C. l. 4. c. 12.

20 In alio Assistente sufficiendo, vbi nondum finito officij curriculo

riculo alter obierit, vel remoueri debeat. *C. l. 4. c. 13.*

21 In substituendo Visitatore, vbi alter desit. *C. l. 4. c. 14.*

22 In danda facultate Procuratori Generali, ad impetrandum ea, quæ spectant ad vniuersam Congregationem, & Constitutiones quando res non possit differri ad Capitulum Generale, in quo casu accedat etiam consensus Visitatorum, & Proc. Generalis; in alijs sufficiat Assistentium. *C. l. 4. c. 15.*

23 In Prouinciali subrogando vbi quis moriatur, & vel remoueri contingat. *C. l. 4. c. 16.*

In assignando eidem consiliarios *Reg. Prouincialis.*

24 In nouis Præpositis constituendis. *C. l. 4. c. 17.*

25 In alio subrogando vbi quis moriatur, vel reddatur inhabilis.

26 In proroganda facultate audiendi confessiones Monialium vltra bimestre. *Decr. C. Gen. 1617.*

27 In exigenda ratione gubernationis à Prouincialibus, Præpositis, & alijs in officijs implicatis extra Capitulum Generale. *Reg. Præp. Gen.*

28 In danda Prouincialibus facultate approbandi Procuratores locales. *Decr. Cap. Gen. 1620. & 1611.*

29 Itē ad eximendos ab aliquibus domesticis ministerijs concionatores, qui consumpserint viginti annos in quadragesimalibus concionibus, vel vigintiquinque in annualibus, modo alia dignitate non sint affecti. *Reg. Concionat.*

30 Reliquorū item Assistentiū consensus, & Præpositorum localium, vel Prouincialium, si fuerint Prouinciæ, requiritur per litteras pro alio ex Assistentibus sufficiendo, siue priuando ex causa *Const. l. 4. c. 13.*

31 Quæ cum Assistentium consensu fieri debent scripto fiant, & subscriptionibus adiectis. *C. l. 4. c. 13.*

32 Id ratum, & firmum tantum sit, quod maiori eorum parti placuerit. Si tantum tres fuerint, præualeat pars in pari numero, à qua stet Præp. Gen. *Ibid.*

ASSISTENTIVM omnium Consensus.

1 Omnium, & singulorum requiritur ad recipiendum habitationis ergo in domo nostra, personam aliquam, ob singularem causam, quietis spiritualis gratia. *Dec. C. G. 1617.*

2 In facultate concedenda, vt suscipiatur cura puerorum erudiendorum. *Ib. 1641.*

3 In concedenda facultate suscipiendi onera perpetua, quæ Capitulo Generali sunt reseruata, cum periculum est in mora perdendi notabilis emolumenti. *Ib. 1620.*

4 In eadem danda facultate Pro-

Prouincialibus; vt de consensu Cõsiliariorum suorum Procuratores locales per Prouinciam suã approbare possint. *Ib.* 1620.

5 Ad dispensandum vt vltra duos menses possit quis esse extraordinarius Monialium Confessor, altero non subrogato. *Ibid.* 1623.

6 In pœnis corporalibus decernendis ijs, qui ad triduum inclusiue aufugerint è, Collegio primam vice; & etiam secunda, si vltra diem naturalem profugi fuerint. *Ib.* 1617. 1623.

7 Ad fundanda Collegia, quæ pauciores quam duodecim personas sustinere queant, etiam si habeant annexam curam animarum. *Ib.* 1591. 1523. 1611.

8 Ad limitandum numerum recipiendorum à Prouincialibus in Congregationem. *Ib.* 1632.

ASSISTENS MAIOR.

1 Sit professione antiquior, eiusq; sint partes Præp. Gen. admonere, cum quid non bene se habere in eius administratione aduerterit. *C. l.* 4. *c.* 12.

2 Locum Præp. Gen. teneat; & si extra ordinarium tempus celebrandi Capituli iste decedat, locum teneat sub nomine Vicarij Generalis. *Ibid.*

3 Ad rationem constitutam conuocet Cap. Gen. illiq; præsit. *Ibid.*

4 Idem præstet si Generalis labatur in crimen. *Ibid.*

BENEDICTIO.

1 Superior rocheto, & stola indutus benedicat in Cænaculo agnũ Paschalem, & oua die Paschatis stans loco solito, congregatis omnibus post secundum signum mensæ. *Cærem. l.* 3. *c.* 11.

2 Die Natiuitatis eodem modo benedicat panem. *Ib.*

3 In festo S. Blasij finita Tertia Superior induat Rochetum; Hebdomadarius assumat stolam rubrã supra Rochetum, stansq; signet guttur Superioris genuflexi suo loco, sed Romæ cum candelula pridiè benedicta, intincta oleo, quo casu signat guttur sedens, & operto capite. Alibi quilibet Sacerdos finita missa detecto capite stans ante medium Altaris, seu descendens ad Cancellos, de more benedicit, & Superior postquam Hebdomadarius in choro illi benedixerit, signat primò Hebdomadarium, adhuc indutum Rocheto, deinde alios successiue ordine professionis. *Ib.*

4 Adhibeatur quoq; in Mensa benedictio varia pro tempore, vt in fine Breuiarij, & gratiarũ actio, à Superiore seu maiore in Cænaculo. *Const. l.* 2. *c.* 15. *Cærem. Ibid.*

5 Si quando mensæ accubitur, & datur signum Angelicæ Salutationis, surgunt omnes, apertoque capite stantes secreto recitent, in fine dicant superiori, *Benedicite*, & sedeant. *Ib.*

6 Re-

6 Reliqua seruentur in ritu consueto apud nos.

7 Extra communem accubationem si quis accedat, vel surgere velit, facultatem petat de more à Superiore cum benedictione, & extra tempus Paschale genuflexus, benedicat, & gratias agat. *Ibid.*

8 Dum publica habetur benedictio, vel gratiæ aguntur; si quis accumbat, abstineat tunc temporis à potu, & cibo, & Sacerdotibus caput inclinet, dum discedunt, & profundius Superiori. *Ibid.*

9 Præsentibus Prælatis in Cœnaculo, (non autē coram Principibus laicis) abstineant Superiores ab officio benedicendi, & gratias agēdi in mensa, relinquentes id muneris Prælatis, qui vbi id præstare recusent, benedicant ipsi Superiores, sed antequam signum crucis faciant, profunde se se inclinent Prælatis, quasi facultatem benedicendi petentes, & deinde lectorem.

10 Ornatum mensæ, & sedis Principum, & Prælatorum procuret Præfectus Hospitij, sed illis manus lauantibus pannum ministret Præpositus, & si sint insigniores, ministrent, & alij capite aperto; cæteri collegiales genuflectendo reuerentiam facient; si vero sint Sacerdotes, profunde caput inclinent. In Cænaculo vbi Crucifixus est, sufficiat vna, & eadem genuflexio pro omnibus, & coram Prælatis non genuflectant Superiori. Vbi solum sunt laici in cænaculo, benedicant, & gratias agant nostri. *Ib.*

11 Benedictio quæ fit post examen conscientiæ habeatur iuxta consuetam formam. *Ib.*

12 Si adsit Prælatus, fiat cum isto ac si esset Superior. *Ib.*

13 Post Vesperas Vigiliæ Natiuitatis Domini, & post Completoriū Sabbati Sancti, aspergat Præp. Collegij, etiam si illo maior sit in eodem Collegio, omnia cubicula, & totam domum, aqua benedicta. *Cerem. l. 2. c. 2. & 9.*

14 In solemni functione benedictionum, ministri adstantes celebranti vtuntur Planetis plicatis ante pectus; sine manipulis tamen in Ecclesia S. Barnabæ, & ijs quas de numero maiorum Ecclesiarum nostrarum Præp. Generalis pro tēpore iudicauerit. *Ib. c. 3.*

15 Ijdem ministri genuflectent Præp. Gener. *Ib.*

16 In benedictione candelarū, candela Præp. Gen. non sit minor duodecim vncijs. *Ib.*

17 Eidem celebranti detur præterea, qui vicē gerat Assistentis ad librum, superpelliceo tantum indutus. *Ib.*

18 Hæc quoque seruentur cum Generali in alijs benedictionibus. *Ib. c. 4.*

19 In Ecclesia S. Barnabæ, & alijs vt supra, priuilegiatis, Subdiaconus

conus qui planetam defert vt supra, lecturus Epistolam, deponit planetam, & legit in Alba; postea illam resumit. *Ib. c.* 5.

20 Qui in Choro ad Matutinũ cum alijs non fuerint, adsint pro benedictione ad antiphonam B. V. in fine. *Ibid. l.* 1. *c.* 10.

21 Qui neque sunt præsentes quando datur in Choro hæc facultas, debent quamprimum pro illa, & benedictione adire Superiorem *Declar. Const. lib.* 2. *c.* 14. 1582.

22 Absente Præposito, & Vicario, spectat ad eum, qui maior est professione, facultatem dare loquendi, si nullum Præpositus substituerit. *Decret. Capit. Gener.* 1620.

BENEFACTORES.

1 Singula hebdomada, die nonam lectionibus non impedita, pro ijs dicatur officium defunctorum, excepta hebdomada Sancta, & Paschali tempore. *C. l.* 2. *c.* 5.

2 Eadem die sacrificia pro ijsdem offerantur, etiam si fuerit impedita. *Ibid.*

3 Conuersi, coronæ precationem adhibeant. *Ib.*

4 Illorum nomina in singulis Collegijs diligenter notentur, adiecta breuiter causa. *Ibid.*

Ex formula in formul. *pag.* 71.

Vide. V. fundator. V. Cancellarius local. V. Suffragia.

BIBLIOTHECA.

1 Curetur à Superioribus in singulis Collegijs haberi Bibliothecam communem, & libris instructam, maxime ijs, quorum vsum ex functionibus nostris præstandum frequentiorem esse necesse est. *C. l.* 2. *c.* 15.

2 De illa augenda quot annis aliquid impendi curent superiores, & haberi in illis libros à nostris editos *Mon. Cap. G.* 1635.

3 Libri vnici non auferantur à nostris Bibliothecis sine licentia Præp. ad breue tẽpus, relictaq; notula de more in loco conspicuo. qui secus fecerit grauiter puniatur. *Mon. Cap. Gen.* 1647.

4 Ne itẽ extra Collegium dentur sine licentia vt supra, sub pæna tertij ordinis. *Ibid.*

V. V. Bibliothecarius.

BONA.

1 Quidquid quisq; attulerit, legato, donatione, vel quacunq; hominis vel iuris dispositione acquisitum fuerit, commune intelligatur. totius Cong. nisi aliter à disponentibus statutum fuerit. *C. l.* 2. *c.* 3.

2 Præpositus Generalis cõ Assistentiũ consensu; alicui, vel pluribus Collegijs illa tribuere possit. *Ib.*

3 Stabilium venditiones, emptiones, permutationes, emphyteuticæ locationes, conductiones, & omnes alienationes, vel acquisitiones, ad Generalem deferantur pro facultate contractuum iniendorũ. *C. l.* 4. *c.* 17.

4 Superius confici curent statim

tim inuentaria bonorum stabilium iurium quorumcunque vt ex formul. p. 88. & eorum exemplaria ad Archiuia Generalis, & Prouinc. transmittant. *Mon. Cap. Gen. 1629.*

BREVIARIVM.

1 Recitentur horæ Canonicæ ad præscriptum Breuiarij iussu Pij V. editi. *C. l. 2. c. 5.*

BIBLIOTHECARIVS.

1 Omnium librorum qui in Collegio sunt curam, & eorum indicem in diuersas scientiarum classes distinctum adiectisque authorum nominibus, & aliorum quoque alphabeticum indicem nulla scientiarum habita ratione, habeat, classesque disponat ad regulę præscriptum. *Reg. Biblioth.*

2 Item indicē librorum vetitorū tàm editorū, quàm edendorū in posterum, neque ex illis aliquem prohibitum, in Bibliotheca, aut in alio Collegij loco, aut cubiculo esse patiatur. *Ibid.*

3 Siquis liber in Bibliotheca communi tantum haberi, aut certis personis legi permissus fuerit, ne illius potestatem cuiquam alij faciat. *Ibid.*

4 Habeat item notulas omniū librorum ad vsum cuiusque concessorum subscriptas à Superiore, & illo, cui sunt concessi, & sint confectæ ordine, ac ratione, qua indices generales præscripti sunt. *Ibid.*

5 Cum quis alio migrat, libros repetat, & conferat cum notula idemque faciat de alijs initio sui officij, indicem recognoscens cum priore Bibliothecario. *Ibid.*

6 Cuique librorum generi affigat schedulam maiusculis literis, librorum genus indicantem, & in exteriori parte singulorum librorum, nomen authoris inscribat. *Ibid.*

7 Ex singulis libris saltem semel in anno puluerem excutiat: singulo mense à laquearijs, armarijs, parietibus: & octauo quoque die verrat locum. *Ibid.*

8 Calamos, chartam, atramentum ibidem habeat, & imaginem S. Pauli in loco conspicuo, affixis verbis *non enim iudicaui me scire, &c. Ibid.*

9 Sine concessu Præp., saltem generali, ad ordinarium vsum nulli det librum ad vsum quotidianum: neque inscio Bobliothecario quis librum auferat: neq; minus extrahi permittat nisi ex necessitate cū Præp. consensu, qui tamen, & alij cum auferuntur notentur in tabella adhoc appensa, & deleantur cum redduntur. *Ibid.*

10 Extra Collegium ne libri commodentur, & solius sit Præp. facultatem adhoc dare, & vbi datur, notetur nomen illius cui datur, dies, mensis, forma, typographus, & citissime reddi curet. *Ibid.*

11 Clauem Bibliothecæ vel solus Bibliothecarius, vel pauci iudicio Præp. & hoc, vel altero inconsulto

sulto nequis introducatur in Bibliothecam. *Ibid.*

12 Sit Bibliothecarij officium, nisi aliud Superior decernat, in cœnaculo legentes corrigere, & libros tradere ad legendum à Præposito approbatos. *Ibidem.*

13 Legat regulas officij sui initio eiusdem, & amplius si opus sit. *Ibid. V. V. Bibliotheca.*

CEOREMONIÆ.

1 Cœremoniale nostrum legatur in mensa post sacram scripturā. *Dec. Cap. Gen.* 1638.

2 Qui Missæ inseruire debent, prius cœremonijs rite instruantur. *C. l. 2. c. 5.*

3 In singulis Collegijs constituatur Præfectus cœremoniarum, cui omnes in eo genere obediant. *Ibid. V. V. Præf. Cærem.*

CALCEARIVS.

1 Certæ personæ nihil præter calceos, aut crepidas destinetur. *Regul. Calcear.*

2 Inuentarium instrumentorū sui officij habeat, & supellectilis certæ personæ vsui non destinatæ, & tertio quoque mense recognoscat res omnes. *Ibid.*

3 Seruet descripta in regulis de vestitu. *Ibid.*

4 Sine Vicarij licentia ne quidquam ad absolutum vsum cuique tradat. *Ibidem.*

5 Si quē viderit elegantiam, aut inusitatam aliquam rationem in calceis, aut crepidis quærere, nullo modo consentiat, sed potius ad Superiorem deferat, vt eiusmodi malus affectus reprimatur. *Ib.*

6 In cubiculis ne quemquam retinere patiatur non necessaria ad quotidianum vsum, & temporis rationem. *Ibid.*

7 Vnicum par calceorum tantum, & crepidarum siue æstiuarum siue hyemalium quis habeat, sed domo exiens ne crepidis quis vtatur, absque licentia. *Ibid.*

8 Clericis permittitur calceorum par vnicum, & par item crepidarum; Conuersis verò non quidem crepidæ, nisi veteres ad aliquem vsum. *Ibid.*

9 Cū cerdone, aut calceolario neminem agere patiatur qui sibi aliquid fieri pro arbitrio velit. *Ib.*

10 Moneat cum fuerit opus, nequis foras cum crepidis eat; nisi ex aliqua indigentia arbitrio Superioris. *Ibid.*

11 Februario mense prouideat pro æstate; Augusto vero quę pro hyeme necessaria erunt. *Ibid.*

12 Repetat quam primum quę ad solitum vsum alicui concessa non sunt. *Ibid.*

13 Initio sui officij, & sexto quoq; mense, & sic deinceps legat, & obseruet officij sui regulas. *Ibid. V. V. Vestitus.*

CAMPANÆ.

1 Sufficere possunt tres in nostris Turribus. *Cærem. l. 3. c.* 14.

2 In festis primæ classis in Bre-

uiario notatis, & item S. Stephani Protomartyris post Natiuitatem, S. Io. Euang., Circumcisionis, Conuersionis, & Commem. S. Pauli, S. Trinitatis, Purificationis, Annuntiationis, Natiuitatis B. V., S. Laurentij, S. Caroli, dentur tria signa ad Matutinum, & Vesperas spatio dimidiæ horæ à primo ad tertium signum inclusiue. Pridie vero Vesperi predictorum festorum, & mane circa auroram detur signum pro solemnitate enuntianda. *Ibid.*

3 Ad horas, duo signa, primum cum media, secundum cum infima, & inter vtrumq; sit spatium quartæ partis horæ. *Ibid.*

4 Translatis illis festis, non transfertur ritus pulsandi campanas. Excipe festum Conuersionis S. P. qui etiam translatus solemnis est apud nos. *Ibid.*

5 In festis duplicibus dentur duo de more.

6 In semiduplicibus detur primum, media, secundum duabus vltimis. In simplicibus, primum, media, secundum, infima.

7 Ante Missam solemnem, nisi sit voti causa sine ministris cantanda (quia tunc sufficiunt duo signa cum duabus campanis) ante primam Missam noui Sacerdotis, Vesperas solemnes, Benedictiones palmarum, Cinerum, Candelarum, solemnissimam processionem Santissimi Sacramenti, & 40. Horarum, etiamsi missa non cantetur, & item ante Professionem, depositionem nostri defuncti, dentur tria cum interuallo vnius horæ à primo ad tertium signum etiam si duæ functiones simul concurrant. *Ib.*

8 Item cum tribus campanis pridie vesperi diei Indulgẽtiarum, Iubilei &c. quando ad nostras Ecclesias habendus est populi concursus, idemq; fiat mane circa auroram. Immo, & pridie Vesperi Benedictionum Cinerum &c. vt supra, ante primam Missam noui Sacerdotis, ante prædictas processiones, ante diem Cap. Gen. incipiendi statutum in Collegio vbi habetur, ante professionem nouitij; non tamen sequenti mane. Postremo pulsantur omnes dum habetur processio Sãctissimi Sacram. post obitum alicuius ex nostris, dumq; portatur ad Ecclesiam, dum accedunt Prælati vt *V. Prælatorum receptio*, prima vice tantum, & cum Clerus Ciuitatis intrat in Ecclesias nostras. *Ibid.*

9 Quotidie ante primam Missam dantur tria signa cum minori cãpana; sed quando ad matutinum pulsantur tres Campanæ, cum duabus, media, & maiori. (seruetur tamen locorum consuetudo)

10 Vltima Missa significetur, & vltima campana, sono conciso. Aliæ significentur secundum locorum stylum. *Ibid.*

11 Salutatio Angelica enuntietur maiori campana mane post vltimum

trinum signum matutini; Vesperi hora congruenti, & meridie vbi stylus; & iuxta quem detur signum suffragij Defunctorum cum minori campana. *Ibid.*

12 Concionis signum iuxta locorum vsum detur cum maiori campana pridie vesperi; mane itē hora ante concionem, tum sono conciso paulo ante concionis initium. A prandio pro lectione, eadem campana, statim à prandio, tum initio Vesperarum, postremo ad Magnificat sono conciso. Finita concione detur signum, vbi consuetudo, cum media campana. *Ib.*

13 Missa Parochialis enuntietur duabus campanis minoribus iuxta consuetudinem aliarum Parochiarum, & ijsdem signis Missa, & processio menstrua Sanctissimi Sacramenti, etiam dum fit. *Ibid.*

14 Dum cadauera defunctorū secularium deferuntur ad nostras Ecclesias, seruetur stylus locorum in pulsandis campanis. *Ib.*

15 Ad Sanctus Missarum pulsentur de more tot vicibus, & campanis, quot illę Missæ fuerint signis enunciatæ. *Ibid.*

16 Ad conuocandos nostros Collegiales in Sacristiam pro aliqua functione Ecclesiastica inseruiat paruula campanula, quæ pro capitulo congregando; sed ad collationes, & Capitula dentur tria signa sine mora; si tantum vocales congregandi sunt, duo; si ad casus conscientiæ, & linteariorum distributionem, detur signum conciso more. Ad recessum, mensam, examen conscientiæ, vnicum; ad mensam, duplex, vt de more. *Ibid.*

CANDELÆ.

1 Sex candelæ accenduntur in Altari maiori in primis, & secundis Vesperis Festorum primæ, & secundæ classis, & in festis Natiuitatis Domini, Paschatis, Corporis Christi, festi titularis etiam ad Matutinum. Item ad Missam solemnem, & primam noui Sacerdotis, ad Benedictiones, & Processiones. *Cerem. lib. 1. cap. 13.*

2 Quatuor in Dominicis diebus, & festis minoribus ex præcepto, vel consuetudine, ad secundas Vesperas tantum; ad Missas item solemnes voti causa vel pro Defunctis sine ministris ad Missam communem, & quæ habetur coram Prelatis, & Principibus. *Ib.*

3 Quatuor item ad Completorium in festis primæ, & secundæ classis; Ad horas quæ vna cū Missa solemni cantantur. *Ibid.*

4 Duę ad Officium nocturnum, & diurnum, regulariter; ad horas primæ, vel secundę classis; ad Completorium, in Dominicis diebus, & Festis minoribus, vt ad alias horas, & in Missis priuatis, excepta prima noui Sacerdotis. *Ibid.*

5 In ijs accendendis primo accedatur ad Cruci proximiores, deinde ordine ad remotiores. In extin-

tinguēdo seruetur ordo oppositus.

6 Ceroferaria accēduntur sumpto lumine hastilibus extinctorijs, non de lampade, sed de vltimis candelis remotioribus in Altari.

7 In Altari maiori regulariter sint quatuor candelabra cum suis candelis, nisi aliter suadeat loci consuetudo. *Ib.*

8 Fiat tamen distinctio inter candelabra cōmunia, & festiua, *Ib.*

COENACVLARIVS.

1 Cænaculi & omnis suppelectilis ad illud pertinētis curam habeat: illud verrat bis in die, & loca omnia puluere mundet: idemq; præstet de loco vbi manus abluuntur, cuius labra, & adiecta munda seruet. *Reg. Cænacul.*

2 Cultellos, & furcillas aliquas habeat mundas ad hospitum vsum. *Ibid.*

3 Inuentarium suppelectilis, & ad eius curam spectantium habeat adiectum ad officij sui descriptionem, & recognoscat tertio quoq; mense, & si quid desit, Vicario significet. *Ibid.*

4 In capsulis clausis habeat omnem suppellectilem, vtiq; suo ordine, & tempore distribuendam. *Ib.*

5 Aperiat, & claudat fenestras pro aeris salubritate, & specularia confici, aut refici vbi opus sit efficiat. *Ibid.*

6 Mensa apparata, claudat cænaculum.

7 Singulis mensibus mappas destinet, & mappæ partem parti mensæ semper insternat, & mappis, ad obseruandum, schedulas appendat, sicut & mantilibus, singulis personis assignandis, & antequā mappas sternat verrat scopulis arundineis. *Ibid.*

8 Apponat simul dum sternit mappas, panem necessarium, vitreum poculum ore deorsum verso, cochlear, si à coquo opus esse sciat; binis, vel ternis orbem staneum de more, amulas pro aqua, & aceto, si opus, vt supra, & eodem modo salinum. *Ibid.*

9 Exponat loco suo, cum tempus est, vasa vinaria; sordida cochlearia reijciat mundanda; bis tollat, & asperioribus folijs emundet vitrea pocula: vasa vinaria, & stannea alia, bis sicco panno abstergat, & singulis hebdomadis in inferiori parte scopulis asperioribus. *Ibid.*

10 Salina pura seruet, eorumq; sal dimoto loco reponat, & ora circum circa mundo panno detergat. *Ibid.*

11 Post singulas accubationes mensas spoliet, stragula complicet, fragmenta colligat, certo loco reponat, cuncta componat. *Ibid.*

12 Stannea instrumenta singulo trimestri calido lixiuio, & aspera materia purget, idemq; faciat de aeneis vasis ad aquæ vsum. *Ib.*

13 Candelabra, lucernas, & accessoria mundet, & lumen cū opus est inferat, & aquam in labrum infun-

fundat, nec deficiat. *Ibid.*

14 Bina lintea, alterum pro Sacerdotibus, alterum pro alijs paret vbi Collegium numerosum est, & sicca seruet. *Ibid.*

15 Reddat numerato, & accipiat à linteario quæ opus sunt, & decimoquinto saltem die mutet. *Ibidem.*

16 Emptum panem à pistore accipiat, ponderet, notet, clausumque custodiat. *Ibid.*

17 Tertio quoque mense legat officij sui regulam. *Ibid.*

CANCELLARIVS

Præp. Generalis.

1 Præpositus Generalis eligat sibi ex vocalibus Cancellarium, hominem, fide, intelligentia, iuditio præditum, & ad vsum, laboremque scribendi peritum, & exercitatum, cuius opera in varijs scriptorum generibus vtatur, & alio officio quantum fieri potest non implicetur. *Const. l. 4. c. 12.*

2 Cum illo tantum, & Assistente comitatus visitet. *Ibid.*

3 Eius sint partes scriptione inseruire Generali, vt opus est, idemque sit Cancellarius Cap. Gener. vsque ad finem, si Capitulum sit extraordinarium, & non sit eligendus Generalis; sed in ordinario & extraordinario conuocato à Generali, sit Cancellarius vsque ad noui creationem. *Formul. Cancel. Gen.*

4 Habeat archiuium propriũ in quo, ordine seruet scripturas pertinentes ad Gen. Assistentes, & totã Congreg. *Ibid.*

5 Fornicata sit cella scripturarum, quas ab omni incommodo seruare curet intacta. *Ibidem.*

6 Contabulationes sint forulis distinctis & appositis schedulis ad distinctionem scripturarum, & quędam sint clausa ad seruandas quæ maioris sint momenti. *Ibid.*

7 Sint scripturę explicatæ si fieri potest, maxime in membranis exaratæ, & inscribantur vt dignoscantur. *Ibid.*

8 Trãsumpta fieri curet Instrumentorum authenticorum si quæ vetustate corrumpuntur, vnicasq; scripturas ne extrahat, sed exempla transcribi curet. *Ibid.*

9 Si extrahi cõtigerit cum Generalis facultate ad aliquod tempus, notet cui, quaque de causa, & quando datæ sint. *Ibid.*

10 Sint eiusdem mensuræ, & optima carta, & præcipuæ sint in membranis, cumque ad exscribendum traduntur cum consensu Generalis, tradantur perito. *Ibid.*

11 Indicem omnium diplomatum, Instrumentorum, & aliorum pertinentium ad Congr. vel Collegia habeat, singulis annis recognoscat, etiam cum antecessore initio sui officij. *Ibid.*

12 Ratione inita à Præp. Gen. & Assistentibus, eis prouideat periculosis temporibus. *Ibid.*

13 Se-

13 Secretas scripturas omnes teneat,& negotia: cancellos habeat in eadem cella,ne alicui aditus pateat quocunque titulo. *Ibid.*

14 Decreta,acta, ordinationes, ipse promulget,& exemplaria mittat ad Collegia sigillo, si opus est, munita pro rei grauitate. *Ibid.*

15 Certo libro habeat Acta Cap. Generalium, & in quo fuerit Cancellarius proprius, illius acta curet statim referri à Cancellario in librum, addita singulis paginis eius subscriptione, & testimonio.

16 Etiam si ipse fuerit Cancellarius in ijs, quibus interfuit. Vbi edenda sint,ipse procuret. *Ibid.*

17 Alio item libro notet ordinationes quascunque P. Generalis, & quas cum Assistentibus habuerit, ab aliquo ex ijs exquirat. *Ibid.*

18 Intersit cum publica Instrumenta nomine Generalis fient per Notarium, & quæ decernet de assensu Assistẽtium notet summatim, tempore adscripto. *Ibid.*

19 Alio quoque libro seruet,& notet facultatum formulas, concessionum, & patentiũ P. Gen *Ib.*

20 Sit & alius in quo Professiones omnium notentur, adiecto nomine, agnomine, patria, conditione, statu,ætate, Patre, quibus adijciet tempus receptionis, habitus, professionis,ordinationis,& mortis singulorum, item dimissionis, vel migrationis; quod si Prouinciales decernant de huiusmodi actibus; singulis annis referantur in librum eundem. *Ibid.*

21 Habeat hos libros separatim, addita cuique sua inscriptione.

22 Fasciculos habeat diuersos, & distinctos decretorum de consensu Assistentium cum illorum subscriptionibus, concessionum, facultatum, Visitationum, litterarum, causa recipiendorum, vestiendorum, ad professionum admittendorum, dimittendorum,ac testimonialium,ordinandorum, ad confessiones, & conciones admittendorum. Item literarum à Collegijs acceptarum, & datarum pro facultate emendi, vendendi, vel à Præp. pro confirmandis suis officialibus. *Ibid.*

23 Sint & alij fasciculi distincti singularum professionum, iuramẽtorumq; quæ à nouitiatu sibi mitti curabit, libello tamen in illo remanente, hique fasciculi funiculo apto constringantur, & charta crassiore firmentur, & in armarijs distincte seruentur inscriptione addita cuius generis sint. *Ibid.*

24 Habeat,& Armariũ loculis distributum pro Collegiorum nostræ Congr. numero, in quibus distincte seruentur transũpta authentica, concessiones, Instrumenta, quibus Ecclesiæ loca,præcipua bonorum corpora priuilegio aliquo gaudent, appositis ad loculos schedulis, cuius generis scripta contineant, indicantibus. Idem præstet de

de ijs quæ spectant ad vniuersam Congregationem. *Ibid.*

25 In consultationibus Generalis cum Assistentibus præsto sit, vtq; Conuersus assistat ad ostium, curabit. *Ibid.*

26 Litterarum Generalis, correctionem, instructionem, negotia magni momenti continentium, vel Missarum ad totam Congreg., vel Superiores vniuersos, exemplum in Cancellaria seruet; reliquarum sufficiat summam in rebus gestis conscripsisse. *Ibid.*

27 Litteræ aliorum missæ ad Generalem, omnes seruentur, & in fine triennij comburantur arbitrio eiusdem, ijs retentis, quæ ad vsum, regimen, historiam, informationem esse possunt. *Ibid.*

28 Proficiscens cum Generali ad visitanda Collegia, videat an in eorundem Cancellarijs sint aliqua maioris momenti documenta contractuum præsertim rerum perpetuarum, quorum exempla desint in Cancellaria Generalis, eaq; authētica transcribi curet. Ibid.

CANCELLARIVS
Præp. Prouincialis.

1 In capitulo Prou. habeatur Cancellarius qui acta Capituli conscribat. *C. l.* 4. *c.* 16.

2 Ministret Prouinciali in conficiendis, & conseruandis ijs, quæ scriptura constant, atque adeo habeat Archiuium loculis distinctum in quibus, adiectis schedulis genus scriptorum indicantibus, seruentur scripturæ ad officium Prouincialiū, Consultorum, & vniuersam Prouinciam spectantes. *Regul. Cancell. Prou.*

3 Quæ maioris sunt momenti, proprio armario claudantur. Vnicuique scripturæ breue contentorum argumentum inscribatur: cautas omnes seruet ab omni periculo, & vetustate confectas refici curet. *Ibid.*

4 De Prouincialis consilio ijsdē prouideat tempore periculi, explicatas conseruet si fieri potest: vnicas transcribi, non exportari patiatur; si de consensu Prouinc. exportantur, certo libro notentur, cum die, & persona, cui datæ sunt. *Ibidem.*

5 Præcipuæ, & ad totam Prouinciam spectantes, vel authenticæ earum exemplaria mittantur ad Generalem.

6. Seruandæ in archiuio, sint optima charta, & caractere, sed præcipuæ scribantur in membranis, nec sine Prouincialis consensu tradantur excribendæ. *Ibid.*

7 Intersit Instrumentis quę nomine Prouincialis fiunt per Notarium, istius nomine, agnomine, patria, anno, die, contentorum epilogo adiecto. *Ibid.*

8 Indicem omnium tàm ad totam Prouinciam, quàm singula Collegia spectantium habeat, quotannis recognoscat, & initio sui officij

ficij cum prædecessore conferat. *Ibidem*.

9 Quæ à Summis Pontif. Episcopis, Inquisitoribus eduntur, & spectare possunt ad Prou. vel Collegia ipse comparet, asseruet, & si quæ à Collegijs non ignoranda erunt, id illis significet. *Ibid.*

10 Decretorum, & omnium ad suum officium creditorum ipse cũ opus sit, exempla edet, ad Collegia mittet, Prouincialis sigillo muniat, si opus. *Ib.*

11 Præsto sit in Consultationibus Prou. & ministret. *Ib.*

12 Sit fidelis, & valde secretus, neq; aditum in Cancellariam cuiquam permittat, ad summũ adiectis potius in parte Cancellariæ cancellis remotos omnes contineat, & si quid ab aliquo exscribendum est, id foris efficiat. *Ib.*

13 Habeat librum inscriptum *Acta Præpos. Prou.* in quo referat illius ordinationes, & summatim omnia illius acta, anno, mense, & die adiecto. *Ib.*

14 Notabit in eodem, Prouincialis electionem, primum eius ad Collegium aduẽtum, profectiones Prouinciæ causa, reuersiones, qui Consiliarij dati, Superiores in eadem Prou. & eorum Collegiales, & si qui in dies mutantur. Item electiones Officialium omnium Collegialium, Concionatorum distributiones, per, vel extra Prou., anniuersarias scholarum recognitiones, facultates, vel Collegijs, vel eorum personis alicuius momenti concessas; emissas in manu Prou. fides professionis; mandata ad delicta iudicialitér inquirenda, carceribus mancipatos, Præcepta alicui facta. *Ibid.*

15 His adde, concessiones Nouitijs factas ad disponendas res suas, confessarios extraordinarios illis assignatos, si quæ eis reddenda iudicauerit, reuocatos qui sponte discesserunt, & si quid duxerit remittendũ parentibus alicuius post professionem, eorum quæ Cong. reliquerit. *Ibid.*

16 Quoad ea quæ facta sunt de consultorum consensu, remittat lectorem ad fasciculum, vbi fusius referuntur. *Ibid.*

17 Sit & alius liber, in quo singulorum nomen, cognomen, receptio, habitus, professio, eductio e Nouitiatu, admissio ad ordines, ad studia, adscriptio ad Collegia, à studijs reuocatio, approbatio ad functiones singulas, & mors singulorum exprimatur, quæ personalis descriptio quotannis, ad Archiuium Gen. mittatur.

18 Item sit liber formularum, facultatum, patentum Prouinc., & hos libros seorsim seruet adiecto breui argumento contentorum.

19 Distribuat, & fasciculos Decretorum de consensu Consiliariorum cum subscriptionibus eorumdem, & Prou. Concesſionum, &

D fa-

facultatum eiusmodi, Visitationũ, literarum recipiendorum causa, vestiendorum &c. vt superius *in form. Cancell. Præp. Gen.*

20 Item habeat Tabularium loculis distributum vt supra *Ibid.*

21 Erit & ille Cancellarius tàm ordinarij, quàm extraordinarij Cap. Prouincialis, eiusq; acta recipiet, certoq; libro descripta penes se habebit apposita propria subscriptione.

22 Si extraordinarie habeatur Cap. Prou. ipse litteras scribat, & ad Collegia dirigat.

23 Quæ Capituli nomine ad Cap. Gen., vel Præpositum Generalem mittenda erunt, ea subscribi curet ab omnibus ordine seruato, qui Capitulo interfuerunt, & apposito Prouinc. sigillo ipse se subscribat more Cancellariorum. *Hæc ex forma Cancell. Præp. Prou.*

CANCELLARIVS Cap. Localis.

1 In Capitulis localibus sit Cancellarius, quem capitulum locale eligat, qui Archiuij, scripturarum, iurium Collegij, instrumentorum, diplomatum curã gerat; lites procuret & has cum Procuratore cõmunicet; capitulares actiones ordine, & ratione præscripta dirigat; acta Capituli, & alia notanda notet; instrumenta quæ ad iura Coll. conseruanda pertinent authentica edi curet; reliquorum omnium cõmemorationẽ certo libro habeat; Inuentarium bonorum omnium, cum descriptione & mensura authentica corporum singulorum & cohærentiarum; iurium omnium, actionum, obligationum spiritualium, & temporalium, cum nominibus debitorum & creditorum, distincte, & ordine cum Procuratore conficiat; edicta publica Episcopi, & Magistratuum quæ quoquo modo ad Collegium pertinere nouerit, comparet; *Const. l. 4. c. 17. & Regul. Cancell.*

2 Has omnes scripturas in Archiuio seruet in contabulationibus & armarijs ad id accomodatis; clausis in forulis quæ maioris sunt momenti, singulis omnibus distinctis cum affixione schedularum ad distinctionem singularum, quæ etiam foris erunt inscriptæ vt facile inueniri possint, & quæ præcipue sunt, scribantur in membranis; omnes vero sint exarata periti scriptoris manu; ne vero corrumpantur facile, sint quantum fieri potest explicata, & seruentur in fornicata parte etiam inferiori, quæ semper munda sit. *Const. & Regul. Ibid.*

3 Separatim certo libro notet Instrumenta, quæ in dies ad Collegium pertinentia fiunt, adscripto breuiter negotio, partium, Notarijque nomine, & cognomine, cum habitationis loco, die, mense, anno, & loco contractus. *Regul. Ibid.*

4 Habeat & alium librum in

Cancel-

Cancellaria seruandum, in quo sint omnia Decreta Cap.Gener. & Visitationes annuæ. *Decr. Cap. Gen.* 1614.

5 Diplomata, aut instrumenta authentica quæ vetustate corrumpuntur refici curet, & si quæ maximi sunt momenti: vnicæ verò scripturæ ne extrahantur ab archiuio, sed potius dentur exemplaria; quod si quid extrahi opporteat nec breui reducendum, notetur certo libello, cui, qua de causa, & quo die datum. *Reg. Ibid.*

6 Consulto Præposito mittat ad Archiuium Præp. Gen. quæ magni momenti, vel saltem exemplar authenticum. *Ibid.*

7 Item iura quæcunque Collegij & Inuentarium bonorum. *Mon. Cap. Gen.* 1629.

8 In cella asseruentur codices rationum Collegij, completi, sed quos ad manus habere opportet, apud se Procurator habeat. *Ibid.*

9 Periculosis temporibus consulat Præp. & Capitulum de cella lateribus claudenda, vel alia ratione. *Ibid.*

10 Præscriptiones, & ordinationes Superiorum Collegialibus vulgandas, ipse euulget; si quæ verò Collegialibus cognoscenda putet, cum Præp. communicet. *Const. & Regul. Ibid.*

11 Ex nostris scriptis bene cognoscat ius Collegij, nec quidquam per negligētiā, vel malitiā extranei perire sinat, sed Procuratorem de hoc admoneat sæpius *Reg. Ibid.*

12 Radicem acquisitionum notet; pensiones, ficta, quid, à quo, quare pendantur, citatis breuiter instrumentis, & obligationibus si quæ sunt, & vbi sint de præcationibus, in tabella Sacristiæ adnotari curet. *Ibid.*

13 Inuentarij exemplar, alterum deponatur in Collegij, alterum in Gener. Archiuio, & in eā redigat Cancellarius quæ mutari acciderit. *Ibidem.*

14 Instrumenta locationum, alienationum &c. caute per idoneam personam describantur, consulto Procuratore & si de graui re agatur, perito consideranda prius tradantur. *Ibid.*

15 In litium procuratione abstineat à iuris apicibus, calumnijs, rigore nimio, & auaritiæ suspicione; potius vtatur transactionibus, & antequam litem contestet consulat Capitulum, & vbi de re graui, etiam Generalem, vel Prouincial. remque prius peritis serio considerandam tradat. *Ibid.*

16 In paciscēdo, & compromittendo caueat ne incurrat reprehensionem læsæ Ecclesiæ. *Ibid.*

17 Huiusmodi negotia sæpe cū Procuratore communicet, & cum Superiore, vel electo ab eo, singillatim, notetque causam, diem, & acta insigniora cæptæ litis; de cōsensu Superioris causidicos & iuris peri-

peritos præcipuos eligat, nec eodem inconsulto litem per extraneos commendet, aut xenia mittat; beneuolos quoad fieri potest verbo, & facto aduersarios habeat, seruato tamen Collegij iure; à foro, & tribunalibus quantum poterit abstineat, Religioseque in omnibus se habeat; & si hæc per Secularem Ministrum sollicitare poterit, & expedierit, efficiat. *Ibid.*

18 Lis à Collegio ne tentetur inconsulto Gen. vel Prou. pro facultate. *Mon. C. G.* 1608.

19 Res verò suas ità disponat, vt regularem nostram disciplinam non perturbet, & adsit publicis ordinationibus quantum possit. *Reg. Cancell.*

20 Acta omnia Capituli singillatim certo libro notet, adiecto mense, die, & anno, ad singula, quæ specie melioris styli ne mutare liceat. *Ibid.*

21 Nil tamen notabile in libro Actorum Collegij scribat antequam ostendat Superiori, & Discretis, & approbetur, & ideo prius scribat illud in folio separato quod seruent apud se Superiores cum subscriptione Cancellarij, vt conferatur cum libro, si opus sit. Seruet autem præscriptam formulam. Etiam Visitatores videant in Visitatione an rite acta Collegij sint enarrata. *Mon. Cap. Gen.* 1623.

22 Sit illi cura ferendorum suffragiorum, & sententiarum dicendarum in Capitulo. *Reg. Canc. Ibid.*

23 Dentur suffragia in vasis vt de more, quibus ferendis distribuat ipse calculos: Scrutatores sint duo professione antiquiores cum ipso Cancellario; vnus vero, si numerus sit minor nouem. *Ibid.*

24 Expediantur negotia si fieri potest per propositionē quæ affirmationē, vel negationē includat. Si negotiū id non requirat, audiantur singulorum sententiæ, & quę diuersæ fuerint inter se à Cancellario scribantur in carta separata, vt probe si ita sint prius intelligatur, tum secreto suffragia ferantur, & primo de illa, quam à pluribus probari iudicauerint scrutatores. In pari vero numero præferatur quæ Præpositi, & deinceps quæ Præposito proximiorum, & maneat quæ fuerit firmata maiori parte totius numeri cæteris omissis: Si pari suffragio firmata, & reprobata fuerit, iterum dētur suffragia; si adhuc paria ferātur tertio, & maior in Capitulo ponat duos calculos nisi plures sententiæ dictæ fuerint, tunc enim in pari numero suffragiorum, transeatur ad alteram propositionem, & si maior pars suffragijs non consentiat in reliquarum alteram, transeatur ad eam, quæ primò parem numerum tulit, & iterum, & tertiò dentur suffragia, vt supra. *Ibid.*

25 In reliquis seruentur quæ cap. 6, & 7. lib. 4. descripta sunt de capi-

capitulis habendis, & de electionibus, lectis insuper saltem præcipuis, quæ in illius officij descriptione continentur. *Ibid.*

26 Quod leuis momenti est, capituli suffragijs non firmatum, notet tamen. *Ibid.*

Locum Capituli mundum, & necessarijs instructum esse curabit. *Ibid.*

27 Notet denique hæc, videlicet.

In libro Actorum, nomina singulorum Collegialiũ seruato professionis ordine, annum & diem exprimens, & prout opus fuerit mutanda, mutet. *Ibid.*

28 Separatim vero Ecclesiarum, & altarium consecrationes, Clericorum ordinationes, Campa-Carum benedictiones, Ecclesiæ, ndiumque ædificationes, bona æ ollegio relicta, additamenta Ecclesiasticas suppellectiles, picturas insignes, mutationem Collegialium, eorundem obitum, primæ missæ celebrationes.

29 Concionatorum, & Confessariorum approbationes, concionandi munus certo tempore, & loco exercitum, lectionem Const. 4. anni temporibus, insignes cuiusque actiones, visitationes, præcepta, & alia insignia ad Collegium pertinentia. *Ibid.*

30 Proprio item libro, benefactores ad præscriptum in officio Præp. localis. *Ibid.*

31 Petitiones, receptiones, recessusq; nouitiorum, & hæc, præter ea, que tanquam acta Capituli notari in hoc genere debent. *Ibid.*

32 Cancellarius nouitiatus addat insuper aduentum nouitij, spirituales exercitationes quando obierit, vestitum, professionem, decreta impedimentorum quando eis lecta, quando quis eductus, vel dimissus, & sponte abierit, quæcunque item attulerit, qualitate rerum expressa, quid, eo consentiente, insumptum, & quando fuerit, quod etiam per eundem nouitium subscribi curet. *Ibidem.*

33 Vbi scholæ sunt, notentur scientiarum cursus, quando quis cæperit, magister constitutus, axiomata quis publice defenderit, cursum confecerit, ad corporeas exercitationes reuocatus fuerit, idque, addito, die, mense, anno, loco, nomine, cognomine. *Ibidem.*

34 Omnes porro Cancellarij locales scribant quidquid Capituli nomine scribendum est, & quod Præpositus vt Præpositus scribere debet. *Ibidem.*

35 Subscribant item acta insigniora Collegij sui ad Cap. Gen. deferenda, & subscriptio fiat sub illa, Præp. & Discretorum. *Decr. Cap. Gen. 1632.*

36 Absente Cancellario Superior substituat aliũ qui de substitutione fidẽ faciat, & acta cõscribat, se subscribat, & tradat reuerso Cancellario,

cellario, qui omnia describat, vt iacent, in libro actorum Capituli. *ex formul. pag.* 71.

Item omnia, in fine officij. *Ibidem*.

37 Suas regulas legat initio suscepti muneris, & sexto quoque mense. *Regul. Ibid.*

V. V. Procurator localis.

V. Bona. V. Alienatio.

V. Acta Capitulorum.

V. Acta Collegiorum.

CANCELLARIVS Capit. Generalis.

1 Eligatur in Capitulo Generali Cãcellarius vir grauis, qui omnia decreta, & acta ab initio ad finem capituli, ordine describat. *C. l.* 4. *c.* 5.

2 Si opus sit; detur ei socius ad eius scriptionis commoditatem. *Ibidem*.

3 Officialium electiones scripto proponat, & euulget. *Ibid. c. x.* Item monitiones decretas. *Ibid. c. xj.*

4 Quæcunque Capitulum decreuerit, postquam lata fuerint suffragia, proprio libro ordine describat. *Ibidem*.

CAPITVLVM.

1 In omnibus Capitulis & collationibus modestia seruetur.

2 Deuitentur verborum circuitiones, prolixiores orationes, altiores voces, quam pro loci amplitudine opus sit, immodestæ orationes, aculei, gestus contemptum præseferentes, colloquia etiam submissa voce, recessus à loco suo absq; facultate, interpellationes alio loquente. *C. l.* 4. *c.* 7.

3 Ita, vnusquisque suo loco & ordine sententiam dicat, facultate & benedictione præuia, ab eo qui preest. *Ibid.*

4 Decreto contra propriam sententiam, nequis aduersetur & minus sibi probari dictitet. *Ibid.*

CANONES Pœnitentiales.

1 Præter hic inferius descriptas pænas aliæ non excluduntur ex iuris præscripto adhiberi consuetæ. *Ex Const. Pœn.*

2 Culpæ hic non expressæ, habeantur ad similitudinem expressarum. *Ibid.*

3 Iudicio & prudentia vtatur Superior in iudicanda qualitate culparum ex circumstantijs, licet sub diuerso ordine hic ponantur; & eodem iudicio moderetur. *Ibid.*

4 Aliquando plures, aliquando nouæ pro sua prudentia iniungendæ sunt, & in his irrogandis habeatur ratio scandali, ædificationis, & item famæ peccantis, & eiusdem naturæ. *Ibidem*.

5 Tres sunt culparum ordines, videlicet

PRIMI ORDINIS.

1 Siquis loquendo, vel ridendo immodestus sit.

In cænaculo, choro, capitulo, silentij tempore sine facultate locutus fuerit.

2 In

2 In choro riserit, vel indecenter se gesserit.

3 Illuserit, momorderit Fratrē.

4 Acerbe responderit.

5 Vagari otiosus aut strepere consueuerit.

6 In Capitulo, vel Cōuentu sine facultate, vel non suo loco loquutus fuerit.

7 Ibidem impedierit loquentem, obstrepens, vel aliud agens, vel etiam submissa voce cum alio locutus sit.

8 Si in alienum officium sine facultate se se ingesserit, vel propria neglexerit, sine oratione, vel gratiarum actione cæperit vel finierit.

9 Vas fregerit.

10 Vocatus venire cunctatus fuerit.

11 Post examen conscientiæ statim se cubitum non receperit.

12 Alieno corpori manus admouerit.

13 Domo exiens non posuerit, vel non amouerit signum.

14 Vtroque tempore ad ianuā non genuflexerit.

15 Malitiose alio diuerterit inscio Superiore.

16 Reuersus domum, statim Superiorem non adierit.

17 A prima mensa sine concessu abfuerit.

18 Sordide se habuerit in cubiculo, & vestimentis, vel claue foris non apparente fuerit in cubiculo.

19 Modicum in eodem habuerit præter concessum Superioris.

20 Seueriorem vitam habuerit inconsulto Superiore.

21 In sacris cæremonijs errauerit.

22 Celebrarit, vel communicarit sine facultate.

23 Diuinum officium indecentur recitarit.

24 Suffragia mortuorum distulerit.

25 A diuinis officijs sine concessu abfuerit, vel serò affuerit.

SECVNDI ORDINIS.

1 Si alicui detraxerit.

2 Insolenter erga fratrem se gesserit, vel in eum iniurius.

3 Superiori superbè responderit, vel importune aliquid ab eo flagitarit.

4 Litteras dederit, vel ad se, vel ad alium acceperit, & Superiori antequam obsignet, vel aperiat, nō ostenderit.

5 Negotia inscio Superiore susceperit, vel non communicarit.

6 Hospitem in domo receperit.

7 Domo exierit; apud extraneos comederit, quid sibi parari curauerit, extra communem refectionem ederit, aut biberit, & hæc omnia sine concessu Superioris.

8 Certorum officiorum Præfectis obedire recusarit.

9 Recesserit à consueta indumentorum ratione.

10 Vesperi ad signum salutationis

tionis B. V. domum non venerit.

11 Ostio clauso cum alio fuerit in cubiculo, aut in aliqua domus parte cum adolescentiore simul fuerit.

12 In aliena domo cum muliere locuturus, à socio se subtraxerit.

13 Libidinose aspexerit, vel obscene locutus fuerit.

14 De rebus communibus disposuerit, vel aliquid propria auctoritate in vsum proprium verterit.

15 Quid acceperit ab extraneis, & ad Superiorem, etiam restituendum, aut in eleemosynas erogandũ acceperit, & non detulerit.

16 Pecuniam apud se retinuerit.

17 Præfecti officijs negligens fuerit, vt eius culpa alicui necessaria defuerint; quid corruptum, perditum, vel in periculo fuerit.

18 Seculariter cum extraneis se gesserit.

19 De proprio officio cum Superiore communicare renuerit.

20 A consuetis Sacramentis sine concessu abstinuerit, vel frequẽtius ad Communionem accesserit.

21 Alicui confessus fuerit, prę̨ter præscriptam rationem non celebrarit, si Sacerdos; vel si Clericus missam non audierit.

22 Conuersus si fuerit, canonicis horis abfuerit.

23 Præscriptas corporis afflictiones sine concessu violauerit.

TERTII ORDINIS.

1 Si obedientiam recusauerit, aut cõtra hanc ad extraneos confugerit.

2 Conuitia & maledicta in Superiorem fecerit.

3 Iniunctas pænitentias, & humilia ministeria obire, contumax recusauerit.

4 Iter sine facultate ordine sue susceperit.

5 In aula Principis alicuius moratus fuerit.

6 Castitatem, etiam tactu violauerit vel conatus fuerit violare.

7 Proprietarius, discordiarumue seminator fuerit.

8 Induxerit ad aliquid alios cõtra Superiorum obedientiam.

9 Non patefecerit cõscios priuati conuenticuli.

10 Non indicarit quid contra bonum Cong. vel Collegij futurũ, aut cogitantes de fuga, cum scierit.

11 Malitiose proferens quod Cong. vel Collegio officiat.

12 Fratrem percusserit, falso accusarit, insolens perseuerarit.

13 Fraudulentus in officio deprehensus sit.

14 Ausus inuito superiore quidquam facere.

15 Infidelis scrutator euaserit.

16 Plura nomina in electionibus dederit.

17 In exquisitione eligendorũ contra regulas fecerit.

18 Dignitates contra præscriptum

tum in Cong. vel extra quæſierit.

19 Contra regulas aliquid in Curia Rom. procurarit.

20 Sine conceſſu Sacramentum Pœnitentiæ miniſtrarit.

21 A pœnitente aliquid ſine conceſſu acceperit.

22 Sine conceſſu concionatus fuerit, & hac de cauſa aliquid acceperit.

23 Si Conuerſus, precationes ſuas ſciens omiſerit.

POENITENTIÆ Culparum ſint.

Primi Ordinis.

1 Solum oſculari:

2 In publico conuentu aliquo ſe accuſare fune quandoq; collo circumdato, vel appenſo forte eo, quod fregerit.

3 Priuari obſonio, partim, vel in toto; ſemel, vel ſæpius.

4 Humi, aut ſtando comedere.

5 In choro brachijs extenſis aliquo ſpatio manere, & eodem tempore aliquid recitare.

6 Pſalmum aliquem recitare, aut plures.

7 Corona, ſemel, vel ſæpius orare.

8 Genufle&ere ad aliquod ſpatium, & pro culpa orare.

9 Humilioribus miniſterijs aliquibus vicibus addici.

Secundi Ordinis.

1 Flagellis cædi iuberi.

2 Loqui aliquo ſpatio temporis, vel domo exire prohiberi.

3 Menſa communi intercidi.

4 Vel omni extraneorũ cõgreſſu, & quandoque, choro, oratione communi, miſſa, communione.

5 Ad certum tempus ad ſeruiẽdum alicui, deputari.

6 Iuberi ieiunare ſemel, vel ſæpius, etiam pane tantum, & aqua vtendo.

Tertij Ordinis.

1 Ad tempus, vel in perpetuũ ab ordinibus interdici.

2 Aliquando, omnibus diuinis.

3 Priuari officio, aut iure ſuffraggij, aut ad eadem inhabilem reddi, ad tempus, vel in perpetuum

4 Delegari in certo Collegio; aut etiam cubiculo.

5 Interdici omni collocutione, & cõſuetudine fratrum ad certum tempus. *Hæc ex Can. Pœnit.*

6 Pœna aliqua, ſiue in Conſt. vel ordination. expreſſa ſit; ſiue Canonum pœnitentialium deſcriptione contineatur, nemo teneatur, niſi cum erratum commiſerit, etiã ſpecialiter ei iniuncta fuerit: idq; niſi ipſo facto irrogari conſtituatur. *Conſt. l. 1. c. 1.*

7 Dirigatur autem ad normam Canonum Pœnitentialium, *Ibid. l. 2. c. 12. V. V. Caſtigatio. V. Capitulum Culparum. V. Correctio. V. ſtudia litterarum.*

CAPITVLUM CVLPARVM, & Collationum ſpiritualium.

1 Conſtanter retineat Præpoſitus in ſuo Collegio vſum habendi

 colla-

collationes spirituales,& Capitula culparum, non perfunctorie, & remisse,sed acri, feruentique studio; & ad disciplinam conseruandam accomodatè *Const. l. 2. c. x. Reg. Præp. local.*

2 Ita distribuantur, vt singula hebdomada vnum ex his habeatur. *Const. Ibid.*

3 Pro Capitulo Collationis spiritualis variæ materiæ desumi poterunt à Const. vbi supra; & à Regul. Præp. local., quæ non scholastice disputabuntur, sed accomodatè ad vitam,& vsum quotidianum. *Const. Ibidem.*

4 Dicent in hoc Capitulo Fratres,siue ordine, siue non,arbitrio Præpositi. *Reg. Præp.*

5 Extra ordinem dicere quis poterit, petita tamen à Superiore facultate,& benedictione,& materiam institutam aliò conuertere, si occasio se se offerat,& expedireSuperior iudicet. *Ibid.*

6 Prolixa oratione nequis vtatur,sed breui,& efficaciore: nisi aliter permittat Superior alicui ex feruentioribus, & congregationi grato.

7 Nequis facile veniam impetret,vt à collatione spirituali absit. *Ibidem.*

8 Vocet Præp. hospites, si qui sunt,ad hanc collationem.

9 Præpositum vero, aut seniorem,si aptus sit,roget vt gregem suum sanctè hortetur,& ędificet; & si fiat etiam extra collationem, laudabile erit. *Ibidem.*

10 In Capitulo culparum Pręp. ex eo qui se accusat demonstrare conetur erratorum causas, & adijciat ad omnium emendationem remedia, & *Const. Ib. & Reg. Præp.*

11 Horum Capitulorum loco habeatur aliquando Capitulum in cuius medio, aliquo cōstituto,eius vitia percenseantur, emendationisq; rationem demonstrent quos Præpositus voluerit. *Regul. Præp. Ibid.*

12 Hic locus erit grauis admonitionis, & amantissimæ exhortationis, non asperioris obiurgationis, nisi quis negligens, & occultor suorum erratorum paulo acrius excitandus videatur. *Ibidem.*

13 Ante Sacerdotum,vel seniorum accusationem poterit Præpositus missos facere alios, & etiam nouitios remittere, si expediat, ad eorum instructorem, maxime si is sit Collegialium numerus, vt maiori horæ spatio opus sit, si omnes se accusarent. *Ibidem.*

14 Ex eadem causa poterit quibusdam ex congregatis remittere accusationem,non tamen ijsdem in sequenti capitulo. *Ibidem.*

15 Quater in anno omnes Professi, vel etiam solum vocales, si Præpositus iudicet expedire, conueniant, vt supra, & redigant in memoriam quidquid contra disciplinam,Constit.,regulas,& ordinationes

tiones relaxetur, & agant de remedijs contra corruptelas, & commodum erit, si eodem tempore hæ regulæ legantur. *Const. Ibidem*.

16 Solum tamen tàm in hoc Capitulo, quàm alijs, culparũ siue particularium, dicantur quæ exterius in consuetudine quotidiana appareant omnibus, vel certe leuia sũt, cũ modestia, sinceritate, & charitate non exaggeratione aliqua. *Ib.*

17 Ab his Capitulis ne facile quemquam abesse patiatur Præpositus. *Reg. Præp.*

CAPITVLI GENERALIS.
Socius.

In electione socij ad Cap. Gen. profecturi hæc praxis seruetur.

1 Fiat electio socij circa initiũ mensis Nouembris Capitulum Generale proximè antecedentis, à festo scilicet S. Caroli vsque ad octauam eiusdem inclusiuè; itaut qualibet die intra illam octauam, si adsint omnes, qui interesse debent, electio peragi possit. Quodsi absint, vel infirmitate in Collegio detineantur, electio fiat extrema die illius octauæ, qua, qui conuenire debent, absque alia monitione adesse curent, alioqui electio ita facta, legitima censeatur; & aliter, & alio tempore peracta, sit irrita. *Decr. Cap. Gen.* 1606. 1614. 1617.

2 Si iusta de causa à Præp. Gen. approbanda socius electus non posset proficisci: vel si socius electus moriatur: vel si ob inhabilitatem cognitam, vel aliud superueniens impedimentum, vel ob aliquem defectum prima electio suũ non sortiatur effectum, dummodo impedimentum manifestum sit; spatio octo dierum ante profectionem, itaut de electione facta, certior fieri possit Præp. Gen., & eius responsio recipi; tunc noua electio socij facienda est statim ac fuerint acceptæ literæ P. Gen. de approbata causa, & eo casu non vocentur absentes à Ciuitate, neq; alias delegati a Collegijs minoribus: qui tamen Delegati, si præsentes fuerint, actiuam & passiuam vocem habebunt; reliqui tantum passiuam. *Decl. Const.* 1598. & 1588. *decr.* 1626.

3 Patres, qui non compleuerũt quadriennium a Professione, seu non attigerunt trigesimum annum tempore electionis faciendæ, licet sint completuri quadriennium, & incepturi annum trigesimum tempore ab eisdem Const. præfixo pro celebratione Cap. Gen., non debent gaudere, isti, voce passiua; illi nec actiua, nec passiua. *Declar.* 1611. & 1629.

4 Præpositus Prouincialis in proprio suæ residentiæ Collegio interesse potest Capitulo, & suffragium dare, vti Præpositus localis. *Decr.* 1638. & 1632.

5 In Collegio maiori vbi contingat Assistentem, vel Visitatorẽ

 simul

simul esse Præpositum localem, ipse conueniet vt Assistens, vel vt Visitator, & Præpositi loco conueniet Vicarius illius cum socio. *Const. lib.* 4. *c.* 2.

6 Vbi non sunt saltem quatuor vocales præter Præpositum, non potest congregari Capitulum pro electione socij. Si vero Præpositus, vel alius vocalis necessariò abesset, & tempus electionis instaret, valet electio socij, dummodò congregati sint saltem quatuor vocales, & nemo legitimè impeditus potest alicui mandare ius suffragij. *Const. lib.* 4. *cap.* 2. *& lib.* 4. *cap.* 4. *Declar. Const. lib.* 4. *cap.* 2. 1612.

7 Patres Collegij minoris possunt vnum vocalem ex ipsis capitulariter delegare, qui Capitulo Collegij maioris cum voce actiua, & passiua interueniat, & socio electo mandata sui Collegij committere. Tenentur verò Superiores Collegiorum minorum significare per literas Collegio maiori omnium suorum vocalium nomina, etiam tunc temporis absentium, quia omnes vocem passiuam habent. *Decret.* 1608. 1614. 1620.

8 Si in Collegio minori duo tātum sunt vocales, eo casu neminem delegare possunt, sed omnes vocē tantum passiuam habebunt. *Dec.* 1626.

9 Qui tempore electionis socij in Capitulo vnius Collegij vocalis fuerit; non potest, mutato Collegio, iterum esse vocalis in eadem electione. *Decr.* 1638. 1639.

10 Si socius eligatur de Collegio maiori, requisitus a Capitulo minoris Collegij, tenetur eò ire sumptibus Collegij minoris: & vice versa, si eligatur de Collegio minori, eat requisitus ad Collegium maius eius expensis. *Monit.* 1628.

11 Pro expēsis Prouincialis ad Cap. Gen. vt eat, & redeat, tertia pars tribuatur à Collegio suæ residentiæ, reliquum ab alijs Collegiijs suæ Prouinciæ. *Decr. Cap. Gen.* 1644.

12 Electionis die instante, stato loco sint per Cancellarium paratæ sedes pro Præposito, & alio Superiore, si fuerit: scamna pro capitularibus: mensa ob omnium oculos satis remota cum imagine Crucifixi: tria, vel duo scabella pro scrutatoribus: formulæ iuramentorum: vasa cōsueta pro schedulis, & calculis in ea conijciendis: calculi & schedulæ, tot tantum, quot numero vocalium sufficiant: atramentarium: charta, & tabella Precum; quòd si nocte Capitulum habeatur, apponantur candelæ. *Cerem. lib.* 3. *c.* 1.

13 Dato duplici signo de more pro Capitulo congregando, per Discretum, ita ut ab omnibus audiri

diri possit; omnes statim ad locũ consuetum conueniant,& præmissa prece ad tabellæ præscriptum, tecto capite omnes sedeant ordine professionis; Præpositus verò proponat causam Capituli Congregãdi, præmissa breui ad rem subiectũ adhortatione cum recordatione Decreti contra crimen ambitus: exigat à Delegato, si quis sit, literas Capitulares suæ delegationis, ita ut constet de illius legitima delegatione: & item descriptionem nominum omnium vocalium sui Collegij, quæ Cancellarius prope mẽsam stans, & iubente Præposito, sedens, petita benedictione cum genuflexione, leget. *Cerem. l. 3. cap. 14. & cap. 12. Const. l. 4. c. 6. & c. 9. lib. 1. c. 7.*

14 Successiuè, Præp. genuflectit ante Crucifixum, & præuio signo Crucis iuret in hanc formam *Testem inuoco Deum, quod neque me ipsum, & vnum, vna schedula nominabo.* Posteà consistit ad mensam: sumit vnam de schedulis ibi paratis, in qua nomen, & cognomen eius quem eligere maluerit describet: plicatam tollit duobus digitis, vt videatur: in vrnam conijcit: ad locum suum reuertitur. Id ordine præstabunt & singuli alij. *Constit. lib. 4. cap. 8.*

15 Accedunt postea Cancellarius & scrutatores, qui erunt duo professione antiquiores; vnus verò tantum, si vocalium numerus sit minor nouem, & omnes genuflexi ante Crucifixum iurent verbis ita conceptis. *Testem inuoco Deum, quod nominatorum verum numerum enuntiabo: numerum autem nominationum secreto habebo; & licet alicuius manum agnoscam, eum alicui non patefaciam, & in hoc toto scrutatoris munere, me fidelem & sine dolo præstabo. Ibidem.*

16 Sedeant deinde, & educant schedulas, videantquè num respondeant numero vocalium, & si excedant vel deficiant, repetatur nominatiò; idemq; fiat de scrutinio. Describat Cancellarius omnes nominatos, & ab vnoquoquè ducat rectam lineam ad paginæ extremitatem, quam tot paruulis apiculis intersecabit, quot nominibus quisquè fuerit nominatus. Pronuntiet postea in primis eorum nomina qui à pluribus fuerint nominati, & ex ijs, quibus par numerus cõsentit, eum, qui est professione antiquior. Distribuat singulis vocalibus duos calculos vnum affirmationem, negationem alterum significantẽ; nominet denuò quem primum pronuntiauerit, & ordine professionis accedant singuli vocales ad suffragia secretò ferenda; non tamen accedat is, de quo suffragia dantur. *Const. l. 4. c. 8.*

17 His absolutis, scrutatores cum Cancellario videant, si suffragia

gia conueniunt cum numero electorum, & quot suffragijs ille sit electus, & siquidem maiorem partem suffragiorum tulerit (maiorem inquam, non comparatione minorum partium, sed totius numeri vocalium) sit electus, cæteris nominatis ommissis. Si non tulerit; alij ordine nominentur, ac de illis suffragia ferantur, itaut, qui primo maiorem partem suffragiorum tulerit, reliquis ommissis, sit electus. Si prima vice nullus tulerit maiorem partem; pronuntietur vniuscuiusq; suffragiorum numerus, qui quidem ordine semper esse debet, & iterum eodem modo suffragia dentur; primo scilicet de ijs, qui pluribus nitantur (ommissis qui nullum votum in primo scrutinio tulerunt) & si nulli maior pars obuenerit, is censeatur electus, qui propius ad talem numerum accesserit; & in pari numero præferatur antiquior professione. *Const. lib. 4. cap. 9.*

18 Electione facta, Cancellarius statim clare pronuntiet, *electus est T. D. N.*, schedulas autem nominationis, nemo præter scrutatores inspiciat, nec ante, nec post electionem, sed statim comburantur. *Const. l. 4. c. 8.*

19 Aduertant superiores, ne fiat renunciatio electionis socij, sed ea facta; si causa aderit probanda à Præp. Gen., eo casu electus renunciare poterit electioni factæ. *Monit. cap. gen. 1626.*

20 Hæc ratio nominationis, ordinis iuramentorum, suffragiorum maioris partis, & repetendi scrutinij, itaut, si maior pars nulli obueniat, eligatur qui propius accesserit, & ratio item in pari numero statuendo, seruetur in omnibus alijs electionibus quas fieri in quacunq; occasione accidat, nisi contra exprimatur. *Const. l. 4. c 9.*

21 Formulas literarum quæ dari debent à Collegio minori ad Collegium maius, & quæ ab ipso ad socium ad Capitulum generalè profecturum, vide in Formulario *fol. 76. 77. 78.*

CAPITVLI GENERALIS conuentus.

1 In Capitulo adsunt tantum Præpositus Generalis, eius Assistētes, Procurator Generalis, Visitatores Generales, Prouinciales, Præpositi locales, & socij in localibus capitulis electi, vbi tamen sint quatuor vocales præter Præpositum. *C. l. 4. c. 2.*

2 Congregatione in Prouincias diuisa, conueniant tantum Prouinciales, & cū vnoquoque eorum duo socij, qui in Capitulo Prouinciali ante Generale proxime celebrato, ex eorum numero, qui ad illud conuenerunt electi esse debent & ijs quoque mandari possunt referenda ad Capitulum Generale. *Ibidem.*

3 Si quid referendum est, agatur

tur in Capitulo, & quod quisq; re-bat, & cognomen, & vtrumque integrè extendatur, ita tamen, vt sigillo non tegatur, & aperiri absque ipsius nominis corruptione possit, alioquin nulla eorum ratio habeatur. *Ibid.* & *Decr. Cap. Gen.* 1611.

4 Singulo triennio Præpositi locorum paulò ante Capit. Gen. tractent in Capitulis suis de statu suorum Collegiorum, quem secum deferant ad Cap. Gen. *Mon. Cap. Gen.* 1623.

5 Quod cõmuniter referri contigerit, Capituli literis sit testatum. *C. lib.* 4. *c.* 2.

6 Non prohibetur, quin & per alium quis possit quæ velit, curare ad Capitulum referenda, & literas scriberet, siue Capitulo siue alicui ex congregatis, modo eadem ratione. *Ibidem*.

7 Vetitum est proponere in Capitulo, quod sit contra ipsas Constitutiones, nisi prius obtenta ab ipso Capitulo Gen. facultate.

8 Quod intelligitur de ijs in quibus vetitum est in Constit. dispensari non posse. *Dec.* 1596. 1608.

9 Deferantur ad Capitulum Gen. acta insigniora Collegiorum, quæ toto triennio contigerunt ad formulam à Cap. Gen. approbatam, cum subscriptione Præp., discretorum, & Cancellarij. *Decr.* 1611. 1623. 1632.

10 Item à Superioribus testimonium consignatæ pecuniæ & clauis Arcæ Collegij Vicario, & Discretis, ab ijsdem firmatum. *Mon. Cap. Gen.* 1635.

11 Curam omnium referendorum gerent Præses, & Promotores Capituli Generalis, & literas accipient datas ad Capitulum, scriptura, nomine, cognomine, vt supra consignatas, & si secus dentur, nulla horum omnium ratio habeatur. Possint etiam reijcere quæ referenda non videntur; referent autem, si, qui proposuerit, eorum indicio non acquiescat. *C. l.* 4. *c.* 5.

12 Mittens, vel sciens attulisse, vel misisse literas cum falsa subscriptione grauiter puniatur. *Ibid.*

13 Eorum, qui scripserint, nomina, nisi aliud videatur Capitulo, poterunt non aperiri, maximè si illi ita petierint. *Ibid.*

14 Id non intelligitur de libellis mordacibus & calumniosis, sed de rebus licitis, & rationi cõsentaneis, Præsidis, & Promot. arbitrio. *Decl.* 1617.

15 Celebretur Capitulum Generale tertio quoque anno ordinariè: extraordinariè verò si grauissima aliqua causa contingat, & talis, vt futuri ordinarij Capituli tẽpus expectari non debere videatur. *C. l.* 4. *c.* 2.

16 Conueniant omnes qui debent,

bent, & adsint feria secunda post Dominicam secundam Paschę absque alia denunciatione. *Ibid.*

17 Non est contra mentem Constitutionis attento præsenti statu Congreg. differre Capitulum Generale vltra diem supra assignatum. *Dec. Cap. Gen.* 1647.

18 Re exigente, vt extraordinarie congregari debeat Capitulũ; Generalis de Assistentium consensu per literas conuocet, tanto ante Capituli tempus reddendas, vt socij ad formam præscriptam eligi possint, & responsiones literarum, & earundem replicationes reddi *Ibidem*.

19 Si tamen id temporis spatiũ non fuerit, non ideò minus valeant & firma sint, quæ in Capitulo fient. *Ibidem*.

20 Hæc eadem ratio seruetur, etiam cum ab alio, quam Proposito Gen. Capitulum fuerit conuocandum. *Ibidem*.

21 Incidente aliquo impedimento, quamobrem Cap. Gen. celebrari non possit, officium Præp. Gen. & reliquorum, qui eligi debent in Cap. Gen. censeatur prorogatum ad Capitulum celebrandum. *Ibidem*.

22 Non intelligitur legitimum impedimentum quòd omnes conuenire non possint; modo duæ partes ex tribus possint. *Ibidem*.

23 Quod celebrari non possit, iudicent Præp. Generalis, Assistentes, Præp. locales, vel si sint Prouinciæ, Prouinciales, & stetur iudicio maioris partis eorum, & sententiæ, quæ per literas habeatur. *Ibidem*.

24 Iidem iudicent quid agendũ, si eiusmodi impedimentum nimis diu videatur duraturum. *Ibidem*.

25 Iustam non conueniendi ad Capitulum causam prætendens, eã tempestiue significet tuto per literas, Capitulum conuocanti, vt super approbatione responderi possit: quod si causa non approbetur, in tempore adsit. *Ibidem*.

26 Locus conueniendi, sit Collegium Mediol. nisi aliud à Capitulo statuatur. *Ibidem*.

27 Ad hunc locum tempore celebrationis Capituli nullus accedat absque licentia Præp. Generalis. *Ibidem*.

28 In Capitulo Generali, dato conueniendi signo, qui ob infirmitatem, vel aliam causam non conueniunt in locum Congregationis, censeantur vt absentes, etiam in electionibus. *Decr.* 1585.

29 Tempore Capituli, in omnibus Collegijs orationes fiant, & quantum fieri possit Missæ de Spiritu Sancto celebrentur, vt in eodem spiritu omnia peragantur. *C. l. 4. c. 3.*

30 Eamdem Missam de Spiritu Sancto faciant prima die, qua congregantur, quilibet ex congregandis ante ingressum. *Ibidem*.

31 Prima quoque die inchoent

Congre-

Congregationem Hymno *Veni Sancte Spiritus* præuio, ab omnibus vna recitato: reliquæ Congregationes alijs de more præcationibus. *Ibid.*

32 Lapsa die ad conueniendũ statuta, si duæ partes ex tribus eorum qui debent, & possint, & non recusent interesse, non adsint, differatur Capituli celebratio donec venerint. *C. l. 4. c. 4.*

33 Cum autem conuenerint, Præp. Generalis, vel maior inter congregatos proponat, num plena & legitima sit Congregatio, videndo qui absint ex ijs qui venire debuerunt, & prout maior pars iudicauerit, statuatur de expectandis absentibus. *Ibidem.*

34 Videatur num aliquis sit inhabilis, & de illo vel excludendo, vel habili redendo deliberetur. *Ib.*

35 Ex literis Capitulorum videatur, & constet de legitima sociorum electione. *Ibidem.*

36 Nullus, etiamsi legitime impeditus possit alteri ius suffragij, quod habet, mandare. *Ibidem.*

37 Habens in Congregatione Capituli secundum locum, absoluat Præp. Gen. vel alias maiorem, ad formam præscriptam. *Ibidem.*

38 Idem faciat Præp. Gen. vel maior vt supra erga alias omnes congregatos ad eandem formam præscriptam. *Ibidem.*

39 Valet hæc absolutio ad supplendum, & dispensandum in quibuscunque defectibus, per quæ Cõgregatio, vel Capitulum oppugnari posset; & ideò per hæc datur illis omnis auctoritas quæ Congreg. nostræ quocunque modo competit; ad hoc plene efficiendum. *Ib.*

CAP. GEN. OFFICIALES.

1 Eligatur Præses; non ille tamen, qui est Præp. Gen. *C. l. 4. c. 4.* Neq; qui proximè fuerit Vicar. Gẽ. si casus inciderit *Dec. C. G. 1592*

2 Eligantur deinceps quatuor Promotores, & ex diuersis Collegijs, & Prouincijs, non quidem necessariò, sed tantum ex ratione quadam, vt omnibus quantum fieri possit satisfiat, quòd remittitur arbitrio singulorum electorum, deinde Generalis, & alij ordine deponant officium suum. *Ibidem & Decl. Cap. Gen.* 1588.

3 Hi quatuor accipiant singula in Cap. referenda, & vna cum Præside tempore Capituli habeant omnem auctoritatem in Congregationem quam habent Prep. Gen. cum suis Assist. si Capitulum extraordinarie celebraretur; sine præiudicio tamen supremæ auctoritatis Cap. Generalis. *Ibidem & Decl. Cap. Gen.* 1602.

4 Diligenter obseruent in negotio rerum proponẽdarum quid Congregatio detrimenti patiatur, & scite ac breuiter describant, vt de idoneo Generali sufficiendo ad Congregationem instaurandam prouideatur. *C. l. 4. c. 5.*

5 In extraordinario Capitulo eligantur quinq; Patres rebus proponendis præfecti loco Præsidis, & Promotorum. *Ibidem*.

6 Ante electionem horum officialium, Generalis post sui accusationem de more, sicut & reliqui in ordine, deponat suum officium. *Ibidem*.

7 Eligatur & Cancellarius, & detur illi socius, vbi expediat: Item qui sermonem faciat de noua Generalis electione, à Præside tantum Capituli. *Ibidem*.

8 Hi omnes officiales eligantur ex ijs, qui interesse debent Capitulo, & consueta schedularum, & calculorum ratione. *Ibidem*.

9 Ante singulas congregationes detur signum parua campana, quo statim omnes in vnum conueniant. *C. l. 4. c. 6.*

10 Grauiora, pridie proponantur, quam tractentur. *Ibidem*.

Sententiæ Capituli Gen. suffragijs secretis stabiliantur, & consueta calculorum ratione, & statuatur id quod maior pars comparatione totius numeri, senserit. *Ibidem*.

11 Vbi paria sint suffragia, iterum dentur; si adhuc paria, iterum dentur; si adhuc paria, dentur tertiò, & Superior, seù maior Capituli duos calculos ponat. *Ibid.*

12 Scrutatores sint, Præp. Generalis, maior Assistens, & Cancellarius; vel Præses, Promotor antiquior, & Cancellarius, vbi illi non sint. *Ibid.*

13 Sedendi ordo sit, Præses, Promotores, & alij ordine professionis, Durantibus officijs. Præp. Generalis, Assistẽtes, Visitatores Procurator Gener. Prouinciales, locales Præpositi, & socij, ordine professionis; *C. l. 4. c. 6.*

CAP. GEN. NEGOTIA.

1 Negotia, & cognitiones certis tantum personis in quas maior pars consenserit, possunt mandari. *Ibidem*.

2 Semel tantum singuli dicant, neque replicent: ex causa iterũ dicere liceat postquam omnes sententiæ dictæ fuerint, & petita ab eo, qui præest, facultate. *Ib.*

3 Cum agitur de causa alicuius consanguinei, vel affinis excluduntur qui huic sunt vinculo adstricti vsque ad quartum gradum inclusiue, dum res tantum discutitur, non vero à suffragio ferendo. *Decr. Cap. Gen. 1629. 1647.*

4 Antequam stabiliatur sentẽtia suffragijs, eam scribat Cancellarius, non in libro, vt omnes eam intelligant, an ita se habeat. Vt fuerit firmata suffragijs, ne immutetur etiam nomine melioris compositionis. *Ibidem*.

5 Vbi, Capitulo censente, ratio administrationis sit reddenda, eligantur a Capitulo, qui seorsum id peragant, & capitulo referant. *C. l. 4. c. 6.*

CAPITVLVM PROVINCIALE

1 Qui Capitulo interfuerint ne

ne euulgent in eo tractata; & dicet res vel sint euulgandæ vel euulgatę, ne tamen narrentur quæ in decernendoq; fuerint disputata vel detrimentum Congr. vel certæ personæ afferre possunt. *Const. l. 4. c. 11.*

2 Incipiatur haberi ordinarie die quinta mensis Nouembris, Capitulum Generale proximè antecedentis vt agatur de ijs, quæ ad Capitulum Generale referenda sunt, & eligantur socij cum Prouinciali profecturi. *C. l. 4. c. 16.*

3 Extraordinarie fieri possit si res exigat, cum cõsensu Præp. Gen. & ea conuocatio fiat per literas tanto ante Capitulum dandas, vt responsio, & eidem replicatio reddi possit. *Ibidem.*

4 Si vel ordinarie, l, extraordinarie vrgẽti causa, haberi nequeat, consulatur Præp. Gen. *Ibidem.*

5 Locus sit vbi habitauerit Prouinincialis, vel vbi ipse constituerit cum eodem consensu. *Ibidem.*

6 Ad illud conuenient Pręp. locales, socio vocali singulis adiuncto, a Collegijs eligendo. *Ibidem.*

7 Excusantium se rationes, Prouincialis probet, vel reijciat. *Ibid.*

8 Eligatur in hoc Capitulo Cancellarius qui acta Capituli cõscribat. *Ibidem.*

9 Ex se nihil hoc Capitulum constituat, sed ad maiorem potestatem deferatur. *Ibidem.*

10 Quæ illius nomine mittuntur, sint à Cancellario subscripta, sigillo Prouincialis munita, & firmata nominibus eorum qui Capitulo interfuerunt. *Ibidem.*

11 Suffragijs excipiendis detur alius, præter Prouincialem, & Cancellarium. *Ibidem.*

12 Rebus proponendis duo tantum ex Patribus præponantur. *Ibidem.*

CAPITVLVM LOCALE.

1 In singulis Collegijs sint Capitula, quæ particularem habeant administrationem ad præscriptum Constitutionis. *C. l. 4. c. 1.*

2 In grauioribus negotijs conuocetur à Præposito locali, & in eo omnes conueniant qui habent ius suffragij. *Ibidem c. 17.*

3 Potest Prouincialis interesse Cap. localibus, tàm in negotijs, quàm in electionibus, & exquirere vota: sed ius suffragij habere nequit, exceptis casibus expressis in Const. & in electione socij Capitularis in Capitulo suæ residentiæ. *Dec. Cap. Gen. 1632.*

4 Vocalis destinatus ad aliud Collegium, habeat ius suffragij in Collegio, à quo debet discedere donec discesserit; statim verò ac discesserit habeat ius suffragij in eo Collegio, ad quod fuit destinatus. *Dec. Cap. Gen. 1626.*

5 Omnia quæ in Capitulo locali, in quo agitur de referendis ad Cap. Generale, tum à Collegio Superiore tum à reliquis Capitularibus de eiusdem licentia pro bono

Collegij, primum erunt per singulas propositiones examinanda, deinde quæ proponenda videbuntur, suffragijs pariter confirmanda; & quod maior pars senserit, id exprimatur literis. *Ex formuli fol. 479.*

6 A quocunque tractatu, vbi agi contingat de causa alicuius cõsanguinei, vel affinis, excludantur qui sunt hoc vinculo coniuncti vsque ad quartum gradum inclusiue, dum res discutitur tantum, non vero à suffragio ferendo. *Dec. Cap. Gen. 1629.*

7 Negotijs quibuscunque per suffragia rite stabilitis in Capitulo locali, omnes interesse, & consentire tenẽtur stipulationi à Notario faciendæ, etiam ij, qui in Capitulo ab alijs discordarint. Tenentur verò omnes iurare, & possunt compelli imposita eis pœna, qui nolunt, arbitrio Superioris pro modo culpæ. *Dec. Cap. Gen. 1623.*

8 In stabilium venditionibus, emptionibus, emphyteuticis locationibus, & omnibus quibuscunque alienationibus, vel acquisitionibus, facultatem contrahendi habeat à Præp. Gen. *C. l. 4. c. 17.*

9 Iurent omnes vocales, arbitrio Superioris, ne ea, quæ in Capitulo locali tractantur, & vel vniuersæ Congregationi, vel alicui Collegio, vel certæ personæ detrimentum, aut offensionem afferre possunt cuiquam ex nostris, aut alijs significent.

10 Id omnino præstetur in dando testimonio de vita, & moribus, & in recipiendo, seu reijciendo aliquo qui petat recipi in Congregationem, vel etiam dimittendo qui iam receptus est. *Decr. Cap. Gen. 1617.*

11 A Capitulo locali fiant Discreti, Procurator, & Cancellarius. *C. l. 4. c. 17.*

12 Capitula localia cautius procedãt in concedendis facultatibus in mandato procuræ Procuratoribus localibus quæ in Constitutionibus, ipsorum Capitulorum sunt propriæ. *Mon. Cap. Gener. 1647.*

Ab eodem aperiatur sensus circa applicandos ad studia literarum. *C. l. 4. c. 6.*

13 Scrutatores sint duo professione antiquiores, vnus verò, si numerus vocalium minor sit nouem, cum Cancellario Capituli. *C. l. 4. cap. 6.*

14 Suffragia adhibeantur secreta, consueta calculorum ratione. *Ibidem.*

15 Quod maior pars comparatione totius numeri senserit, id statuatur. *Ibidem.*

16 Vbi suffragia sint paria, dentur iterum; si adhuc paria, dentur tertio, & Superior ponat duos calculos. *Ibidem.*

CAPITVLI LOCALIS consensus.

1 Sine Capituli localis consensu non possint dirui; fabricari, vel instau-

instaurari ædifica. *C. l.* 4. *c.* 17.

2 Nec institui Congregationes laicorum, quæ in domibus nostris haberi solent festis diebus. *C. l.* 3. *c.* 4.

3 Requiritur etiã ad approbandam causam moræ illorum qui recepti in Congregationem vltra montes, duobus elapsis mensibus à die accepti nuncij statim non ingrediuntur, vt admittantur, & consuetæ literæ non repetantur. *Dec. Cap. Gen.* 1588. 1626.

4 Ad recipiendos nouitios cũ Prouinciali, & suorum Consultorũ consensu. *Ib.* 1632. Ad admittendos eosdẽ ad habitum, & professionem; ad eos dimittẽdos, vel professionem differendam. *Reg. Prouinc.*

5 Ad admittendum in Collegiũ personam laudatam & insignem cum tempus non est scribendi ad Gen. l. Prouincialem, vt de illa fiant inuestigationes præscriptæ à Constit., adhoc vt in Congregationem recipiatur. *C. l.* 1. *c.* 2.

6 Ad adsciscendum aliquem in numerum benefactorum Collegij. *Reg. præp. Localis.*

7 Ad recipiendũ plus triduo aliquem in hospitium. Vel saltem accedat Discretorum consensus. *Reg. Præp.*

CAPITVLVM DE VITA, & moribus.

A Capitulo locali datur testimonium de vita, & moribus.

1 Pro ijs, qui ad studia literarũ sunt applicandi. *C. l.* 3. *c.* 5.

2 Pro promouendis ad sacras ordinationes. *C. l.* 2. *c.* 9.

3 Pro Confessoribus. *C. l.* 3. *c.* 1

4 Pro admittendis ad sacras conciones. *C. l.* 3. *c.* 2. *& Regul. Prædicat.*

5 Si is, de cuius vita, & moribus dandum est testimonium, non conuixerit cum cæteris Capitularibus per sex menses; Præp. localis, ab illo Superiore, vbi prius habuit domicilium, antequam suo Collegio adscriberetur, modo is per aliquot menses moratus sit, hoc ipsum testimonium curare debebit.

6 De ijs verò, qui paulò ante professionem emiserint, non curatur haberi hoc testimonium, ex vsu à Superioribus approbato. Ex formular. *pag.* 34.

7 In Capitulo, in quo agitur de vita, & moribus alicuius, dandum est iuramentum singulis patribus. *Dec. Cap. Gen.* 1617. ad formam consuetam, & expressam. *Ibidem.*

8 Quando in hoc Capitulo vota sunt paria Superior dare potest duplex suffragium. *Mon. Cap. Gen.* 1623.

9 Formulas literarum dandas pro vita, & moribus applicandorũ ad studia, ad ordines maiores, & minores, ad Confessiones, ad concionandum, & formulas item testimonij examinatorum, ad singulas materias vide formul. *pag.* 34. 35. 36. 37. 38.

CAR-

CARCER.

1 Ad castigandos delinquentes ex nostris ædificetur carcer, si fieri potest, in vnoquoque Collegio, & in ea parte, quæ videbitur tutior Pręposito Prouinciali. Quod si non potest, & expedire videatur, vt ad aliud Collegium, & præsertim S. Barnabæ, transmittantur, eo casu; Collegia, in quibus illi deliquerunt, teneantur ad expensas pro eorum victu, iudicio Generalis, vel Prouincialis, quas quidem ijdem omnino curabunt quamprimum persolui. *Decr. Cap. Gen.* 1623.

2 Sit Procul à via publica, & ædibus viciniæ, in intima superioris Collegij parte, quæ sit remotior à Collegialium frequentia, & concursu: bene munitus, materiatus, fornicatus: fenestellulam cubitalē habeat firmiter clathratam, & alteram à solo extructam, vnde parū luminis recipiatur: ostiolum bis munitum valuis, in quibus interioribus tantum sit fenestellula minima, binis feris, ac binis vectibus ferreis clausum. Ferreus annulus cum catena, muro interiori firmiter infigatur, & compedes adsint cum manicis ferreis ad reos vinciēdos, si opus sit. Non adsit caminus, neq; aliud foramen, nisi latrina angustis tabulis substructa. *Reg. Præf. Carcer.*

3 Locus carceris duabus clauibus claudatur, quarum altera apud custodem, altera apud Superiorem, vel Vicarium sit. *Ibidem*.

4 Habeat imaginem ad pietatem excitandam, & vas aquæ benedictæ. *Ibidem*.

5 Lectum item paleatum sacco tantùm, stratum cum linteaminibus, & culcitris pro tempore necessarij, (nisi aliud Superior statuerit), scabellum item, paruam mensam ligneam, & si de fractura timeatur, sternatur humi lectus, & lignea omnia amoueantur. *Ibidem*.

6 Nullus clauus ferreus de muro carceris pendeat amouibilis. *Ibidem*.

V. V. Præfectus Carceris.

CASTIGATIO.

1 In animaduersionibus, & pænitentijs ordinarijs statuat Præpositus localis. *C. l. 2. c.* 12.

2 Consulat Generalem in ijs quæ grauiores sunt, puta tertij ordinis; vel Prouincialem; illum vero omnino si de perpetua pœna agatur; idque tàm in pænitentijs, & pænis irrogandis, Constitutione, l. ordinatione aliqua expressis, quàm in nouis constituendis: & ad Canonum pænitentialium normā dirigantur. *Ibidem*.

3 Ad incorrigibiles eijciendos, statuat Capitulum Generale, vel Generalis de consensu Assistentiū, quid iuri sit consentaneum, *Ibid.*

4 In hoc corrigendi negotio Superiores omnino nitantur oratione. *Ibidem*.

5 Peccantes, primo secreto moneantur; iterum coram Superioribus,

ribus, & Discretis, tertio coram omnibus; tādem conuenienti animaduersione coerceantur. *Ibidem*.

6 Abstineant tamen Superiores à nimia acerbitate, & contumelia, & omni perturbatione. *Ibidem*.

7 Immoderatas aliquas affectiones, quas in subditis apparere viderint, reprimant, commode, & discrete corrigant, malefacta puniant, ne fiant, prudenter auertant. *Ibidem*.

8 Adolescentes præsertim audacioris ingenij qui dum obiungātur passim in ea verba prorumpūt, se discessuros a Congregatione, dignas dent pœnas iudicio Præp. & discretorum *Decr. Cap. Gen.* 1620.

9 Discedentes à suo Collegio antequam obtineant licentiam à Præp. Gen. vel Prouinciali, etiam prætextu alterutrum adeundi, statim remittantur ad Collegium suum, & pœna carceris puniantur, arbitrio Generalis, vel Prouincialis, & omninò sedeant, eiusdem arbitrio, post omnes tunc professos. *Ibidem* 1623.

10 Disseminantes falsa Dogmata ad vitæ Regularis relaxationem, puta, non teneri Clericos ad recitationem horarum Canonicarum; posse quemquam cui voluerit, confiteri, conscribi in Societatibus, vtique earum priuilegijs ad Confessarios sibi eligendos; non posse Cap. Gen. alia præter contenta in Const. decernere, & his similia, hæcque publicè, vel secrete disseminantes; primo puniantur pœna secundi ordinis; secundo, tertij. Audientes, deferant ad Superiorem, alioquin & ipsi pro modo culpæ puniantur. *Dec. Cap. Gen.* 1588. 1623.

11 Aufugientes à Collegio seu Congregatione, etiam si habitum non dimiserint, si reuertantur intra diem naturalem; prima vice extraordinarie pro modo culpæ puniantur arbitrio Præp. Gen. si ad triduum inclusiuè non reuertantur ipso facto excommunicationem Generali reseruatam incurrant, & alijs pœnis arbitrio Gen. & Assist. puniantur. Secūda vice, vltra diem naturalem profugi, præter pœnam excommunicationis latæ sententiæ, reseruatæ Præp. Gen. & pœnas à Const. præscriptas, voce actiua, & passiua ipso facto sint priuati in perpetuum, & arbitrio Gen. & Assist. alijs pœnis corporalibus affligantur; & pœnæ siue à Const. siue Cap. Gen. impositæ, nullo modo relaxentur. *Ibidem* 1602. 1617. 1623.

12 Recusantes penitentias à Superioribus iniunctas, post secundam monitionem, in cubiculo includantur donec obediant. *Ibid.* 1630.

13 In iuridica coercitione, ad maiorem potestatem haberi potest recursus in ipsa Congregatione vbi quis se grauatum sentiat, ea

ratione,

ratione, vt prima cognitio sit Prep. & Superioris Collegij; secũda Prouincialis; tertia Generalis: debent tamen Superiores locales quãprimum Generalem, vel Prouincialẽ certiorem facere, vt negotio prouideant. *Ibidem* 1608. 1623.

14 In vnoquoque Collegio si fieri potest ædificetur carcer in parte tutiori iudicio Prouincialis, ad castigandos delinquentes. Vbi non possit, & expediat, ad aliud Collegium transmittantur, & Collegia vbi deliquerint, teneantur ad expensas pro victu, & vestitu, quas idem Generalis, seu Prouinc. persolui quam primum omninò curabit. *Ibidem*. 1623.

15 Nullo titulo, licet depositi, permittantur nostri apud se habere arma, neque apud alios, neque in itinere, præter vsuales cultellos ad mensam adhibendos, paruulos forcipes, & spõtones quos vocant, breuioris formæ citra palmi mensuram. *Ibidem* 1626.

16 Hac in re inuigilent Superiores, & delinquentes puniant pæna carceris: & subiaceant pænæ secundi ordinis qui id norint, & Superioribus non reuelauerint. *Ibidem*.

17 Processus criminales, & scripta huius generis omnia à Præp. Gen. Prouinc. Præp. & Superioribus omnibus, in conditorio peculiari omninò seruentur: cuius clauis pænes ipsos Superiores exstat, & obsiguentur sigillo Collegij vt legi non possint. Omnium autem processuum transumpta ad Præp. Gener. in Cancellaria eiusdem, cõditorio supradicto seruãda, ab omnibus transmittantur. *Ibid.* 1644. *Mon. Cap. Gen.* 1632.

18 Superiores locorum vigilent super ijs, qui aliena cubicula, & alias officinas varijs artibus, & instrumentis audent aperire, & in eos pænitentijs tertij ordinis animaduertant. *Mon. Cap. Gen.* 1632.

19 Idem præstent Visitatores, & Prou. in visitationibus. *Ibidem*.

20 In causis criminalibus poterit adhiberi Praxis Francisci Ghislerij, inscripta, Tractatus de Iudic. Regul. *Mon. Cap. Gen.* 1613.

21 Ab illo pænæ relaxantur, à quo irrogantur. *Mon. C. G.* 1617.

22 Qui contra Constitutiones, Decreta, aut ordinationes Congregationis peccans allegauerit in sui excusationem consuetudinem, grauius puniatur. *Decr. Cap. Gen.* 1653.

V. V. Studia literarum. V. Correctio. Constitutio.

CASTITAS.

1 Mulierum collocutionibus extra Pœnitentiæ Sacramentum quammaxime possunt nostri, abstineant. *C. l.* 2. *c.* 2.

2 Sine graui necessitate, & causa ne illas domi conueniant, maximè non consanguineas. *Ibidem*.

3 Cum euenerit, adsit socius, & si

& si fieri commodè potest, etiam cùm ministratur illis Sacramentum pœnitentiæ, vel saltem pateat ostium. *Ibidem*.

4 Nedum familiæ, sed neque mulieris alicuius alendæ cura suscipiatur, & si qua est dimittatur *Decr. Cap. Gen.* 1617.

5 Caueatur nimia illarum alloquutio ad Confessionale: & nisi de probatissima aliqua agatur, nimis frequens Sacramentorum vsus illis ne permittatur. *Ibidem*.

6 In singulis habeatur ratio prospectus, & fenestrarum, ex quibus, vel à nostris in domos extraneorum, vel ab ijs ad nostras aspectus pateat; & opportuna ad id remedia adhibeantur, quòd præcipue Generalis, Prouincialis, & Visitatores in Visitationibus curabunt. *Ibidem*.

7 Ne in Sacristia Ecclesiarum nostrarum admittantur mulieres. Principibus verò id postulantibus, possint admitti consensu Præp. & Discretorum, modo ad Sacristiam aditus pateat absque clausuræ violatione, & Præp. ipse adsit cum discretis, vel Senioribus. *Decr. Cap. Gener.* 1605.

8 Principes eæ intelligantur, quæ illustriori genere ortæ sunt iudicio Præp. & Discretorum. *Ibid.*

CASVS CONSCIENTIÆ.

1 Esse poterunt scholæ casuum conscientiæ, & in singulis Collegijs explicentur ab eo, quem Generalis, vel Prouincialis delegarit. *C. l.* 3. *cap.* 5.

2 Omnes certa hora simul collecti de proposita materia, quę viderint, vel meditati sint, ordine proferant. *Ibidem*.

3 Exquirant Visitatores, & Prouinciales in Visitationibus, si casuum conferentia omittatur, quę nullo modo omitti debet. *Mon. Cap. Gen.* 1632.

4 Generalis quoque & Prouinciales curent haberi ad præscriptũ Regularum nostrarum. *Ibidem*. 1617.

5 Bis in hebdomada legatur semel in die aliquid casuum consciẽtiæ in mensa. *Ibidem* 1626.

V. V. Præfectus casuum Consc.

CASVS RESERVATI

1 Præp. Gen. cũ consensu Assistẽtium prout illi expedire videbitur, poterit reseruare, & duret reseruatio etiam tempore Cap. Generalis, & donec eius successor aliter statuerit, eorumque facultatem, cui volet, impartiatur. *C. l.* 4. *cap.* 12. *Decr. Cap. Gen.* 1617.

V. V. Confessarij extraneorum & deinceps.

CHORI, ET CÆREMONIArum Præfectus.

1 In omnibus Collegijs constituatur Præfectus, tum chori, tum cæremoniarum, qui ad præscriptã officij sui formulã id muneris exerceat, & cui omnes in eo genere obediant. *Const. l.* 2. *c.* 5.

2 In choro ne admittantur extranei nisi sint Religiosi, seu Clerici; neque intra sepimentum altaris cum missa celebratur. *Ibidem*. V. V. *Officia Diuina*. V. *Chori disciplina*. V. *Missa*. *Vespera solemnes*. V. *Præfectus cæremoniarum*.

COLLATIO SPIRITVALIS.

1 Coll. Præpositus, Collationũ spiritualium institutum retineat. *C. l. 2. c. x.*

2 Interrogati in eo conuentu non tamquam scholasticè, sed ad vitam, & vsum quotidianum accomodatè respondeant *Ibidem*.

3 Alternis hebdomadis de more habeantur, *Ibidem*.

4 Durent spatio vnius horæ. *Ib.* V. V. *Capitulum Collat. Spirit.*

COLLEGIA.

1 Sit potior cura, vt Collegia fundata confirmentur, & stabiliantur, quàm vt fundentur noua. *C. l. 1. c. 7.*

2 Ne fundentur in Castellis, aut paruis Oppidis; sed in Vrbibus tãtum, aut vero Oppidis insignioribus, nisi fortè opportunitas constituendi Nouitiatus aliter suadeat. *Ibidem*.

3 Ne fundentur, nisi habeant adiunctos reditus, ex quibus saltem tredecim personæ, secundum vitæ nostræ rationem, & modum sustentari possint; & nisi, tum Ecclesia, tum ędes ad habitãdum extstant; aut suppetat, vnde extrui possint. *Ibidem*.

4 Datur facultas P. Generali, vt cum Assistentium consensu Collegia fundare possit, qui pauciores etiam quam tredecim, sustentare personas queant (si fortè hoc concedatur aliquando à S. D. N. qui decreuit non minori numero, quam duodecim fundanda esse Collegia) etiam cum cura animarũ, præsertim in insignioribus Ciuitatibus. Parochias tamen & curam animarum, ne facile recipiant. *Decr. Cap. Gen.* 1591. 1623. 1611.

5 Ad Collegia vbi tredecim personæ habitare non possint, mittantur seniores, & Conuersi professi. *C. l. 4. c. 11.*

6 Ne Collegia tamen nimis onerentur numero personarum. *Ibidem*.

7 Iustam sibi visus habere caussam non mutandi Collegium, eam statim Generali significet, & eiusdem dispositioni acquiescat. *Ibid.*

8 Migrationis sumptus spectant ad Collegium, quò quis migrat. *Ib.*

9 Negotium tamen istud fundandi Collegij si fieri potest referatur ad Capitulum Generale. *C. l. 1. c. 7.*

10 Ne item recipiatur id onus cum conditionibus, obligationibus, aut oneribus, maximè perpetuis, aut alienis ab Institutis nostris, & futuris impedimento nostris muneribus exercendis. *Ibid.*

11 Quid, an, & quomodo in hoc

hoc quandoque debeat ex causa temperari, sit iudicium Cap. Gen. solius. *Ibid.*

12 Volens incipere constructionem alicuius Collegij, prius exẽplar integrum de peritorum consilio confici curet à P. Gen. de Assistentium consensu approbandum; neque liceat ab eo discedere sine eiusdem consensu, & qui secus fecerit, à Visitatoribus seuerè puniatur. *Decr. Cap. Gen.* 1629. 1638.

13 In Collegijs verò ipsis suppetant personæ, quæ disciplinam nostram, instituta tueri, proximorumq; functiones præstare possint sine aliorum Collegiorum detrimento. *C. l.* 1. *ibidem*.

14 Imago S. Pauli qui stare totus videatur vt habetur in sigillo P. Gen. supra portam cuiusq; Collegij pingatur. *Cap. Gen.* 1620.

15 Quæ Collegia detrimento Congregationi esse comperientur, si detrimentum sit tanti iudicio Cap Gen., dissolui poterunt. *C. l.* 1. *Ibidem*.

16 Ad Collegium S. Barnabæ ne nimis frequenter accedant nostri, vel diutius morentur, & non nisi licentia P. Generalis, idque procuret & ipse Gen. *Mon. Cap. Gen.* 1626. 1638.

17 Iura Collegiorum, priuilegia &c. referantur in acta Collegiorum, & eorum exemplaria authentica mittantur ad Archiuum Gener. *Formul.* p. 66. *& Reg. Cap.*

CONCORDIA.

1 Eam seruandi propria est Superiorum cura. *C. l.* 2. *c.* 13.

2 Singuli ita mores suos componant, vt fratrum voluntati non aduersentur, & propriæ voluntati nimium non indulgeant. *Ibid.*

CHORI DISCIPLINA adhoras.

1 Primo signo in chorum conueniendi dato, quisque se pie præparet; ad secundum verò præsto sit, & cum silentio vadat in Chorũ. *Reg. de Chor. Discip. & Crem. l.* 1. *cap. x.*

2 Eluceat in omnibus exterior munditia. *Ibidem*.

3 Cum adhibentur superpellicea, prius in Sacristiam conueniãt omnes, inde in chorum processuri. *Ibidem*.

4 Induent superpellicea, diebus Natalis Domini, Epiphaniæ, Paschatis Resurr., Pentecostes primis diebus, Ascensionis Domini, Corporis Christi, SS. Petri, & Pauli, Commem., & Conuersionis S. Pauli, Assump. B. V., omnium Sanctorum, S. Caroli, S. Titularis, & Dedicationis propriæ Ecclesiæ, & itẽ Festi principalis Patroni loci *Ibid.*

5 Induent ad primas, & secundas Vesperas & Matutinum vsque ad discessum, e Choro, non verò ad horas, nisi quando simul cum missa cantari debeant. Item ad missam solemnem, Processionem SS. Sacram. Benedictiones Cãdellarum,

Cinerum, & Palmarum, Missas, & Vesperas Feriæ quintæ, sextæ, & Sabbati Hebd. maioris, defunctorũ exequias, officium, & missam omnium defunctorum; & quotiescunque à Choro in Capellam alicuius functionis solemnis habendæ causa est prodeundum. *Ibidem*.

6 Qui post alios veniunt dato signo inchoandi officij, genuflexi in medio choro paululum orant, & ad vtrumque latus cæteris honoris significatione præstita, ad locum procedunt. Si vero hymno matutini tardius accedunt, brachijs in medio chori in crucem extensis sistunt quo ad vsque maior illo in choro signum surgendi dederit; modo ex necessitate, aut iusta causa tardius nõ accesserint, quam post officium Superiori significabit, idq; de Cõnuersis etiã intelligatur. *Ib.*

7 Qui matutino non intersunt, statimac è cubiculo exierint, corã Sanctiss. Sacramento prius aliquãtulum orent, quam aliud agant; omnino verò Antiphonæ finali B. V. intersint pro benedictione, & communi loquendi facultate. *Ibid.*

8 Exeuntes è Choro causa vrgente, eam Superiori significent, & cum benedictione facultatem petent genuflectentes. *Ibidem*.

9 Si in Choro maior sit illo à quo facultas exeundi petitur, petatur ab eo venia loquendi cum genuflexione, & causam explicet Superiori suo, cui tantum eo casu se inclinabit, & à maiore veniam discedendi, & benedictionem petet. *Ibidem*.

10 Absente Præp. Vicario, & ijs maiore, causam quidem maiori, qui in choro est explicabit, sed ei tantũ se inclinabit, nisi abiturus, sit Clericus, vel Conuersus, qui cuicunque Sacerdoti genuflectent. *Ibid.*

11 Nemo in Choro loquatur nisi venia impetrata ab eo, qui maior est. Ad officij tamen sui functionem Prefectus Chori, & Ceremoniarum absque alia facultate loqui possit. *Ibidem*.

12 Nullus priuatim preces recitet, sed cæterorum recitationem sequatur. *Ibidem*.

13 Caputiolum deponatur ab Hebdomadario, & functionarijs (non tamen in Antiphonis enuntiandis, & responsorijs, & in singulis & minutis Præsbiterorum functionibus.) *Ibidem*.

14 Deponatur ab omnibus ad verba Inuitatorij. *Venite adoremus, & procidamus*, ad lectionem Euangelij, ad Verba *Te ergo quæsumus*, ad Confessionem, quæ fit in Choro vsque ad *Indulgentiam* inclusiuè, ad primos Hymnorum versus *Veni Creator*, *Aue maris stela* ad versum *Tantum ergo Sacramentum*, & quinque sequentes, ad Antiphonam B. V. quę dicitur in fine officij cum sua oratione; ad Aspersionem aquæ, quæ vesperi fit, & ad salutationem

Ange-

Angelicam quæ dato ſignō recitatur. *Ibidem*.

15 Genuflectitur, ad Antiphonas B. V. & orationem in fine cōpletorij & aliorum officiorum cum è choro diſcedendum eſt. Ad verba inuitatorij, *Venite adoremus, & procidamus &c.* ad præces officij ferialis Ieiuniorum vſq; ad *benedicamus Domino* excluſiue, officij defunctorum; Dum dicuntur litaniæ, ad verſum *Aue maris ſtella*, & tres ſequentes; ad verba *Tantum ergo Sacramētum*, & quinque verſus ſeq. Ad alia *O crux Aue ſpes vnica*, ad *Veni Creator Spiritus*, ad tres verſus ſeq. Ad *Te ergo quæſumus* in Cant. *Te deum &c.* A primis veſperis ad ſecundas incluſiue Dominicarum, & tempore Paſchali, ſtetur, exceptis caſibus ſupra expreſſis. *Ibidem*.

16 Adhibeatur pauſa ad verſiculi punctum iuxta Breuiarium Vrbani VIII. auctoritate recognitum. *Ibidem*.

17 Sacerdos in chorum veniēs antiphonis iam cæptis enuntiari, ne ordinem cæptum perturbet ſed dicat poſt alios ſi ad eum veniatur. *Ibidem*.

18 Vnuſquiſque Sacerdos, deſtinante Chori Præfecto in orbem obeat munus Hebdomadarij. *Ibid.*

19 A Superiore præſtatur id munus diebus ſeq. ideſt. Cum induuntur Rocheta vt ſupra num. 4. A matutinis fer. 5. hebd. maioris ad fer. 3. Paſchæ incluſiue. fer. 2. & 3. Pentecoſtes. Diebus item Circumciſionis Domini, Sanctiſs. Trinit. Purificationis, Annuntiæ., Natiuit. B. V. & S. Io. Bapt. S. Stephani, S. Io. Euang. S. Laurentij. Abſente Generali, maior ex Aſſiſtentibus & Prou. in ſua Prouincia, ſit Hebdomadarius in Matutinis, & Veſperis tantum. *Ibidem*. & eorum Feſtorum, quibus à toto choro Rocheta induentur, reliquum diei ſeu Feſtorum relinquētes Prępoſitis. *Ibid.*

20 Præſente verò aliquo ex ijs, quibus Superior prærogatiuam loci cędit, cędet etiam eidem cantandi munus, & ſolemnes functiones agendi, quæ ipſi Superiori conuenirent; dummodo in eo Collegio domicilium non habeat Generalis, vel Prou. *Ibidem*.

21 Si Superiori enuntiandę ſint litaniæ, id præſtet ſuo loco, Clerico lumen miniſtrante; ſed præſente Gen. vel Prou. Superior ſibi ipſi lumen tenebit. In Proceſſionibus, ſi cantandæ ſint, id præſtent Clerici, licet Superior ſit Hebdomadarius. *Ibidem*.

22 Quo die Superior eſt hębdomadarius, Cantor, & ſuccentor, quiſq; à parte ſua, Antiphonarum initia Presbyteris ordine enuncient. *Ibidem*.

23 Præp. Gen. in Matutino, Laudibus, & Veſperis licèt non ſolemnibus ſemper enuncientur Antiphonæ.

tiphonæ. *Ibidem*.

24 In matutinis fer. v. vj. & Sabbati Sancti, & item officiorum, in quibus à toto choro superpellicea induenda sunt, responsoriorũ post lectiones initia, & versus item integros, eodem modo, quo psalmorũ initio, pronunciabunt. *Ibidem*.

25 Quilibet functionarius obeat munus suum in tempore, ne erret, ne cunctetur. *Ibidem*.

26 Mature ab omnibus tabella functionum inspiciatur. *Ibid*.

27 Absente functionario suppleat proxime subsequens, aut supra illum proxime, si desit inferior. *Ibidem*.

28 Quisq; sit contentus officio, & functione sua. Superiores verò idem prestent, nisi forte se ingerant negligentiæ & tarditati subditorũ corrigendæ; nam eorum auctoritas nihil his, & alijs regulis imminuta intelligitur. *Ibidem*.

29 Manifestè errantes (nisi exteri adsint) deosculentur absq; alia monitione, solum, altera parte Chori recitante. Senes saltem subsellij partem cui genuflectentes incumbunt. *Ibidem*.

30 Si Clericus errauerit, finito choro, brachijs extentis in medio Crucem faciat, nec ante surgat, quam Superior signum dederit. *Ib*.

31 Correctores destinati corrigant errantes in pronunciando illis verò inaduertentibus, corrigat alius, non temere. *Ibidem*.

32 Extra chorum recitantes conformentur in omnibus quantũ fieri potest chorali disciplinæ. *Ib*.

33 Solus recitans omittat in Confessione quæ fit ad primam, & completorium, verba *tibi pater*, & *vobis fratres*, & mutet sequentia. *Ibidem*. *& Rubr. Breu.* 15. *num.* 2.

34 Superiores nõ Præp. obeant munus hebdomadarij cum alijs, præter Festa Superioribus reseruata, vt supra. *Ibidem*.

35 A versibus Responsoriorum post lectiones recitandis, abstineãt ij solum, qui ad lectorile eo tempore legunt, in locis videlicet, vbi degunt tantum Sacerdotes. *Ibidem*.

36 Item Lector martyrologij discedat à sede sua, & illud legat post lectorile, non autem ad legendum lectiones breues in fine Primæ, & initio Completorij. *Ibid*.

37 Inuitatorium dicant Cantor, & succẽtor ante lectorile; proferant ordine consueto antiphonarum initia, & eo casu, proximiores initium psalmorum enunciabunt. *Ibidem*.

38 A Cantorum officio excludantur minus apti seniores. *Ibid*.

39 Ne Clerici munere fungatur Vicarius; reliqui illud obeant apud suas sedes, neque in erratis tenentur legibus communium Clericorum. *Ibidem*.

40 In alijs functionibus Ecclesiasticis, Acolythum, & thuriferarium agant externi Clerici, & his desi-

deficientibus, Conuersi ex nostris, ita tamen, vt pro Thuriferario Præfectus ministret, tum celebranti, tũ diacono pro impositione incensi, & qualibet incensatione à prædictis facienda, & idem ipse incenset diaconum, & populum, & in eleuatione Sanctiss. Sacramenti. Absentibus Diacono, & Subdiacono, ipse pro Diacono immediate suppleat: cætera Thuriferario relinquat.

41 Hæc in Collegijs vbi degunt tantum Sacerdotes de quibus plura *lib.* 1. *cap.* xj. *pag.* 87. *& deinceps, in Ceremonial.*

42 Superior tamen, præter munus Hebdomadarij, nullum aliud obeat inferioris ordinis, & gradus: & in festis omnibus ad Vesperas Hebdomadarius induat Rochetum. *Ibidem.*

43 Nocte Natiuitatis Domini, Superior tantum superpelliceo indutus incipit matutinum, vt fit alias ab Hebdomadario. *Ibidem l.* 2. *c.* 2.

44 Lectio septima legitur ab eo qui ministraturus est in Missa pro Diacono. Octauam, qui à Superiore primus est. Nonam ipse Superior, qui librum ipse gestat, Clerico lumen tenente; si verò legat Generalis, vel Prou. in sua Prouincia, alter ex Clericis librum sustentet. Superiore tamen legente totus chorus stat ob eius reuerentiam. *Ibidem.*

45 Vigilia Natiuitatis manè omnes conueniunt in chorum ad lectionem martyrologij, etiam Conuersi, qui genuflexi manent suis locis vsque ad finem lectionis: Chorus verò genuflectit cum lectore ad verba illa *In Bethlehem Iudæ* vsque ad, *secundum carnem*, inclusiuè. *Ibidem.*

V. V. Horæ canonicæ. V. Officia diuina. V. Missa. V. Vesperæ solemnes. V. Præfectus Cæremoniarum.

CONFESSARII
Extraneorum.

1 Ab omnibus, ad quos pertinet, & in primis à Præp. Gen. curetur, vt Confessarij probati ad vtriusque sexus confessiones audiendas, numero pro loci opportunitate conuenienti, in Collegijs non desint. *C. l.* 3. *c.* 1.

2 Horum approbatio, fit Præp. Gen. qui & Prouincialibus mandare poterit hanc facultatem. *Ib.*

3 Ne admittantur, nisi prævio Capitulo de vita, & moribus, & examine per tres ad minus per secreta suffragia approbandi, & dentur illis patentes literæ. *Mon. Cap. Gen.* 1632. 1626. *& Const. Ibid.*

4 Approbati in eo negotio tamen, Superiori suo obediant. *Constit. Ibidem.*

5 Habeant etiam ab ordinario patentes litteras. *Form. Confess.*

6 Minor triginta annis ne audiat mulierum confessiones. *Ib.*

7 Audien-

7 Audientes in Ecclesia, superpelliceo sine vanitate, & complicatione, cum stola vtantur. *Ibid.*

8 Ne audiat in cubiculis, quib' nostri singillatim vtũtur. *Dec. C.G.* 1585. neq; in Sacristia. *For. Sacrist.*

9 Nullus accipiat votum obedientiæ ab aliqua muliere, seu viro, neque permittat quantum in se est, vt tale votum quis faciat: quæ facta sunt, irrita censeantur ex parte Confessarij, neque contra hoc dispensari queat. *Ibidem* 1591.

10 Ne item suadeat maxime adolescenti, vt votum siue de nostra, siue de aliena religione faciat, absque Superioris facultate, quæ penes Generalem est, & eos, quibus eam communicauerit. *Ibidem* 1611. *&* 1591. 1593.

11 Neq; item eiusmodi votum recipiat Præposito locali inconsulto, alioquin puniatur penitentia tertij ordinis. *Ibidem*.

12 Nihil accipiant Confessarij à pænitentibus suis, neque item nimiam coniunctionem cum ijs habeant. *C. l.* 3. *c.* 1.

3 Extra Sacramentum pænit. mulierum colloquijs quammaxime possunt abstineant, & confitentes celeriter dimittant. *C. l.* 2. *c.* 2. *& formul. Confess.*

14 Neque absque necessitate domi conueniant. *Ibidem*.

15 Cum domi pænitentiæ Sacramentum illis ministratur, adsit si fieri commode possit, socius, vel saltem pateat ostium. *Ibidem c.* 1.

16 Episcoporum curam & administrationem in hac maxime parte adiuuent, decreta & præscriptiones, quantum est in eis, tueantur. *C. l.* 3. *c.* 1.

17 Caueant ab his, quæ ordinarios; vel Parochos offendere queunt: præsertim verò ne quocũque nomine absoluant deductos ad forum contentiosum; & Priuilegijs Congr. cautè vtantur. *Form. Confess.*

18 In audiendis confessionibus difficilioris cõditionis hominum, vires suas metiantur, de Præpositi & sui Confessarij consilio. *Ibidem*.

19 Casuum cognitioni maxime difficiliorum, studeant. *Ibidem*.

20 In Confessionali habeant affixam Bullam Cœnæ Domini, & tabellam casuum reseruatorum ordinario, & imaginum ad pietatem excitandam. *Ibidem*.

21 Prompti sint, vocati & quo die maior est concursus, & eo maturius accedant. *Ibidem*.

22 Præuia prece de more opus aggrediantur. *Ibidem*.

23 Impendentes absolutionem iungant manus, eleuant, benedicunt, de more, iterum iungunt ad verba, Passio Domini, *Cærem. L.* 3. *c.* 8.

24 Ingruente turba pænitentium, ne moleste ferant, nec aliquid prætermittant necessarium integritati confessionum. *Reg. Cõf. Ib.*

25 Tem-

25 Tempore Concionis, vel lectionis, si fieri potest, nullum audiant. Neque mulieres post salutationem Angelicam, neque in Monasterijs Moniales. *Ibidem*.

26 Sedis fenestellæ, lamina, & spissum velum apponatur.

27 Circa Venerea sobriè, & prudenter se gerant, & non nisi necessaria ad Confessionem percunctentur. *Ibidem*.

27 Abiectos, & pauperes ne respuant sed humaniter excipiant. *Ibidem*.

29 Hortentur ad frequentiam Sacræ Communionis, non crebrius tamen quam octauo quoque die, nisi de probata aliqua anima agatur. *Ibidem*.

30 Sint interse vnanimes, & aliorum bonæ existimationi consulant. *Ibidem*.

31 Non ostendant minus sibi gratum proprium pænitentem ad alium Confessarium accedere; neque alienum pænitentem facile tanquam ordinarium admittant, nisi magna de causa, & consensu prioris Cõfessarij si sit ex nostris, vel saltem Superioris. *Ibidem*.

32 Caute agant, & tueantur auctoritatem alterius Confessarij, à quo fuerit alicui negata absolutio. *Ibidem*.

33 Vocati ad confessionem infirmi, vel carcerati maxime ignoti, habeant in promptu quæ vsui tunc esse possunt, maxime casus omnes reseruatos; & peracta confessione relinquant fidem administrati Sacramenti pro Parocho, & Medico, die adiecto, & anno. *Ibid.*

34 Ne agant cum Iudicibus ad reorum liberationem, vel damnatorum ad supplicium, iustificationem, & caueant diligenter cum his quorum processus causæ nondum perfectus sit, circa propositum tacendæ, vel negandæ veritatis. *Ibidem*.

35 Ægrotos expediet aliquando ad testamentum inducere: sed Confessarij nisi vocati non intersint.

CONFESSARII Collegij.

1 Præpositus localis, omnium in Collegio morantium, etiam si sint Assistentes Præp. Gen. Confessarius sit, *C. l.* 2. *c.* 4.

2 Alium quoq; ipse eligat spectatæ vitæ Sacerdotem à Generali approbandum, cui quoque omnes ordinarie confiteri possint. *Ibid.*

3 Iste verò, vel Præposito, vel Vicario confiteatur, qui tamen Vicarius ordinarius confessarius nũquam sit. *Ibidem*.

4 Possit Præpositus quisque specialem confessarium alicui, ad tempus, aliquando assignare, vbi ei expedire iudicauerit. *Ibidem*.

5 Etiam Vicarium in Confessarium Iuuenum. *Dec. Cap. Gen.* 1585.

6 Nulli regulari, aut sæculari sine

siue ex nostris, siue de extraneis confiteri liceat, sine Superiorum consensu, vt ex priuileg. Apost. C. l. 2. ibidem.

7 Præpositus ex facultate Generalis potest assignare Confessarium ex nostris, ijs qui exeunt Vrbe, vel Oppido, & non suppetit copia ordinarij Confessarij, tantùm dum abfuerint, & non vltra; modo non fuerit prohibitus vel nominatim suspensus à confessionibus audiendis. *Mon. C. Gen.* 1605. 1623.

8 Communicaturos præsertim à Nouitiatu recentes, & Conuersos diligenter instruant Confessarij, & quid inde vtilitatis perceperint exquirant. *Ibidem.*

9 Peccantes in fratres suos ne permittant communicari antequã de more Congr. satisfactionem inuicem dederint, & veniam petierint. *Form. Confess.*

10 Volentes secum agere de animæ suæ statu, non solum audiãt, sed & vltro inuitent. *Ibid.*

11 Regularem obseruantiam, amorem in Congr. Superiorum auctoritatem, pro viribus inducãt, & tueantur. *Ibidem.*

12 Lapsos erigere, solari afflictos, excitare negligentes, suadere virtutes religiosas, & spiritũ inducere, eorum sunt partes. *Ibidem.*

13 A Confessario & Superiore communionem sibi concedi cum benedictione, & magna reuerentia postulent communicaturi, & abstinendi statis diebus licentiam, aut frequentius accedendi. *Const. l. 2. c. 4.*

14 Nouitijs quoque detur aliquando extraordinarius Confessarius Magistri iudicio. *C. l. 1. c. 4.*

15 Idem Magister eorum confessiones audiat in Ecclesia, quantum fieri potest; & vbi contingat audire in cubiculo, pateat ostiũ. *Ib.*

16 Formulam literarum quas dare debet Præpositus localis pro nominatione Confessariorum ad P. Gener. vel Prou. habes in formular *pag. 43.*

CONFESSARII
Monialium.

1 Verba ne in longum ab his proferri patiantur, si quæ maximè perturbatione in aliam quæ feratur. *Reg. Confess.*

2 De aliqua, ne quid in laudẽ, vel vituperationem proferant. *Ib.*

3 Ne quid à quapiam vel minimum accipiant, vel requirant; neque ad prædia Monasterij animi ergo diuertant: neque alio Monialium sumptu. *Ibidem.*

4 Seueriorem vitam poscentibus ne facilè concedant, nisi cum consensu Abbatissæ, si ita expedire iudicauerint; vel si Confessarij extraordinarij sint, remittant ordinario. *Ibidem.*

5 Adesse studeant infirmis, sed clausuram ne ingrediantur leui de causa, qua de re prius cum Priorissa conueniant. *Ibidem.*

6 Dum

6 Dum eas audiunt, cella de more intersit, & ostium pateat. *Ibid.*

7 Ne quid erga eas, vel subsidij causa præstent, sed cum opus est, ministras aduocent: Omnino ne pulsus quidem tentandi ergo, eas tangant, & intra clausuram noctu ne adsint, nisi extreme laborent, neq; tunc cubiculo vbi degit egrediatur. *Ib.*

8 Extra locum confessionis, maxime in ijs qui deputantur sæcularium collucutionibus ne Moniales, vel vt eorum quemquam associent alloquãtur, moramuè trahant, nisi Superiore requirente. *Ib.*

9 Hæ regulæ legantur coram omnibus Confessarijs initio Aduentus, & Quadragesimæ. *Ibid.*

CONFESSIO.

1 Singulis Dominicis, alijsque festis diebus, qui ex Ecclesię precepto celebrantur, qui Sacerdotes nõ sunt, antequam ad Communionẽ accedant, confiteantur. *C.l. 2. c.4.*

2 Si ex Superioris voluntate non communicent, singula tamen hebdomada Pœnitentiæ Sacramenta non omittant. *Ibid.*

3 Sacerdotes ter, vel bis saltem singula hebdomada confiteantur. *C. l. 2. c. 5.*

4 In primo ingressu quilibet Nouitius generalem vitæ suæ confessionem faciat. *C. l. 1. c. 2.*

5 Sexto quoq; mense de sex antecactis mensibus idem præstari ab omnibus desideratur. *C.l.2. c. 4.* Et legatur hæc constitutio initio Aduentus, & Quadrag. *offic. Præp. local.*

6 Omnino prestetur ab ijs, qui vel professuri, vel ordines suscepturi sunt. *Ibid.*

CONGREGATIONIS nostræ Institutio.

1 Ad absolutũ mundi contemptum, & plenam mortificationem deducit; ad diuinum cultum, & religiosam viuendi rationem, sacris potissimum sermonibus habendis, Sanctorum Sacramentorum frequentatione introducenda, & animarũ saluti incumbendo. *C. l. 1 c. 1.*

2 Paulo Apostolo Duce, ac patrono Deo militare profitetur, à quo, & Congreg. Cler. Reg. S. Pauli nomen deductum est. *Ib.*

3 Eiusdem fundatores fuerunt. B. Antonius Maria Zacharia, Bartholomæus Ferrarius, Iacobus Morigia. *Decr. Cap. Gen.* 1620.

4 Neq; parendi necessitatem cũ peccati obligatione imponit, neq; pęnas irrogat. *C. l. 1. c. 1.*

5 Neq; obligat mortalis aut venialis peccati vinculo facientes contra Constitutionem, vel ordinationes aliquas, nisi votorum, vel contemptus causa, aut alio nomine iure quis sit obligatur, aut vrgeat præceptum. *Ibid.*

6 Pœna vel in Constitut. vel ordinationibus, vel in Canonibus expressa neminem attingit, nisi cum erratum commiserit, etiam specialiter ei iniuncta fuerit: idq; nisi

nisi ipso facto irrogari constituatur. *Ibid.*

7 Congregationis administratio, est penes Capitulum generale in primis: & regitur ab vno Generali cum Assistentium consilio. *C. l. 4. c. 1.*

8 Præpositi, & Capitula particularem habent administrationē. *Ibid.*

9 Quilibet, si sit Sacerdos, & quadriennium post professionem expleuerit, administrationis particeps est. *Ibid.*

Vide Verb. *Functiones*. & V. *Constitutiones*.

CONGREGATIONES
Laicorum.

1 Esse possint apud nos festis diebus, sed non instituantur sine consensu Cap. Localis, & qui contra hoc fecerit, iure suffragij, & dignitate, quam obtinet sit priuatus. *C. l. 3. c. 4.*

2 Ne omittantur, saltem sine licentia Prouincialis. *Mon. C. Gen. 1623.*

V. V. *Præfect. Cong. Laicorum*.

CONSERVATOR.

1 Si eligi expediat, & quinam, agat Præpositus cum Vicario, Discretis, Procuratore, & Cancellario, & dentur litteræ ad Gen. vel Prou. pro confirmatione, quæ sint subscriptæ à Præp. & Cancellario, & sigillo Collegij munitæ. *ex formul. pag. 44.*

CONSTITVTIONES.

1 Constitutiones, ac ordinationes à maioribus nostris scriptæ, harum sanctione antiquatæ intelliguntur. *C. l. 1. c. 1.*

2 Hæ omnes plene seruentur, & iusta de causa dispensari poterunt, modo in hoc non aduersetur Constitut. ipsis, ordinationi Cap. Gen. vel iussione Superiorū prohibito. *Ib.*

3 Possunt Præp. locales, in ijs, quæ pertinent ad quotidianam cōmunis vitæ disciplinam, & vsum, cum Collegialibus suis, & etiam alienis, quos eo loco morari accidat, & secum ipsi, dispensare. *Ib.*

4 Perennem eiusmodi veniam alicui dare non debent; sed renouandam prout opus fuerit; neque toti Collegio, nisi magna ex causa. *Ibid.*

5 In grauioribus Generalem, vel Prouincialem consulant. *Ib.*

6 Cessante causa dispensationis cesset dispensatio. *Ib.*

7 Qui sine legitima auctoritate, abrogationem, derogationem, dispensationemue tentauerit; dignitate, & gradu, si quem tunc temporis obtinet; voce item actiua, & passiua, si obtinet ipso facto sit priuatus; & alijs grauioribus penis puniatur Generalis Cap. vel Præp. Gen. arbitrio pro ratione culpæ. *Ibid.*

8 Si quid tam in præscriptis Constitutionibus quam illarum ordine condendis interpretationem,

vel

vel declaratione indigeat, ad Cap. Gen. deferatur, sitq; ratum ac firmum quod maior pars, tribus tractatibus diuersis diebus habendis censuerit. *Ib.*

9 Vbi expectandi locus non est, statuat Præp. Gen. de Assist. consensu quid agendum, & tamen res ad Cap. Gen. suo tempore deferatur pro re probanda, vel alia constituenda. *Ib.*

10 Nouæ Constitutiones sine magna causa ne fiant, sed quantum fieri potest prouideatur alia ratione, vel interpretatione iam conditarum. *Ib.*

11 Si noua opus sit, ea tribus Cap. Gener. diuersis annis habendis tanquam Constitutio à maiori parte approbetur. *Ib.*

12 Post primam approbationẽ, seruetur tanquam ordinatio Capituli. Post tertiam, constitutio habeatur. *Ib.*

13 Idem fiat si agatur de Constitutione aliqua in totum, vel ex parte abroganda. *Ib.*

14 In grauibus negotijs, de quibus constitutio habetur, ista legatur coram ijs, qui interesse debent. *Ibid.*

15 Per singula sacra tempora integrè legantur, coram omnibus simul congregatis, singulis libris per singula tempora distributis. *Ib.*

16 Parendi Constitutionibus necessitatem sub pæna peccati non inducunt; nisi alias votorum, vel contemptus causa, aut alio nomine iure quis sit obligatus, aut præceptum interueniat. *Ib.*

17 Pœna vel in Constitutionibus, vel ordinationibus expressa, vel in Canonibus penitentialibus descripta, nemo tenetur, nisi cum erratum commiserit, & iniuncta fuerit; idq; nisi ipso facto irrogari constituatur. *Ib.*

18 Ijs qui Congregationem ingressuri sunt, cognoscendæ, & legendæ tradantur, & per Præp. & Discretos explicentur. *Ib. c.* 2.

19 Qui contra Constitutiones, formulas, & Decreta Cong. nostræ peccans allegauerit consuetudinẽ in sui excusationem, grauius puniatur. *Dec. Cap. Gen.* 1633.

CONVERSI.

1 Recipiendus, vt Conuersus non sit minor 17. annis, neq; maior 34. *C. l.* 1. *c.* 2.

2 Vocentur nomine fratum. *Dec. C. Gen.* 1647.

3 In nouitiatum ingressi habeant exercitationes spirituales, generaliter confiteantur, colloquio cum alijs non vtantur per quindecim, l. viginti dies dũ habent exercitationes spirituales. *C. l.* 1. *c.* 2.

4 Eorũ habitus ad annos quinq; prorogetur. *Dec. Cap. Gen.* 1629. & vim habet Const. hoc Decretũ.

5 Circa hanc Constitutionem P. Generalis, facultatem habet, habito prius à Capitulis testimonio de vita, & moribus, quinquennium

ex

ex causa contrahendi. *Mon. Cap. Gen.* 1638.

6 Applicentur ad ea offitia, quę manuum exercitium requirunt. *C. l.* 4. *c.* 18.

7 Recepti, numquam postea admittantur ad ordines, aut habitum Clericorum. *C. l.* 2. *c.* 9.

8 Ad rationem Horarum Canonicarum preces suas dicant; loco Matutini, Orationem Dominicalem, & salutationem Angelicam vicies, & quater; pro laudibus, quinquies, pro Vesperis, duodecies; pro reliquis singulis horis, septies. *Ibidem c.* 5.

9 Matutini, & Orationi illi coniunctæ intersint, precationi, & ipsi suo modo incumbentes. *Ib.*

10 Diebus festis, Purificationis, Annunciationis, Assumptionis, Natiuitatis, & Assumptionis; quindecies Orationem Dominicā cum Angelica salutatione recitent pro felici studiorum nostrorum progressu. *Dec. C. Gen.* 1602.

11 Missæ quotidie intersint, & frequenter confiteantur: omnino autem ante Communionem singulis festis diebus ex præcepto. *C. l.* 2. *c.* 4. *&* 5.

12 Fratribus nostris Conuersis vbiq; prohibitum est repræsentationis facere, & his similia. *Dec. C. Gen.* 1647.

13 Curam habentes prædiorū, quotannis, eo tempore quo ruri minor eorum est necessitas, degant in Collegio, & post seremnium quilibet amoneatur; alio suffecto. *Mon. Cap. Gen.* 1638.

14 In transmigratione ad aliud Coll. ferant secum etiam biretum proprium. *Ib.* 1635.

§. V. *Nouitiorum Receptio Vestitus.*

COQVVS.

1 Munditiam in omnibus seruet: coquinam, & locum vbi vasa abluuntur, mane, & prandio quotidie verrat; opportunè cibos præparet: degustanda degustet; degustati reliquum abijciat: nihil muneribus quoad fieri potest attractet: ad primum mensæ signum mappā mundam sternat, instrumenta ad incidendum, & alia opportuna præparet: calida omnia seruet pro rerum genere, maximè pro ijs, qui secundæ mensæ assident: parcè ligna absumat: lebetes custodiat: parcus sit cibis condendis, & valetudini condimento consulat, non gulæ, ad regularum nostrarum, & Dispensatoris præscriptum: modidico sale quam nimio vtatur: suillam carnem, & alia salsamenta priuatim coquat. *Regul. Coq.*

2 Coquere, aut aliud quidpiam pro aliquo parare neminē permittat, neq; ipse paret sine expressa dispensatoris, vel Superiorum licentia; excepto tamen Valetudinarij Præfecto, l. coquo si fuerit. *Ibid.*

3 Quarto quoq; mense singulari diligentia abstergat, & nitidissima effi-

efficiat vasa fictilia, lapidea, aenea, cacabos, & id genus alia, & quotidie modo ordinario; opercula veros & cochlearia maiora, & similia, singulis mensibus. *Ibid.*

4 Seruet regulas à Superioribus præscriptas, & seruandas in coquina. *Ibid.*

5 Vbi accidat extraneorum famulos esse in coquinis nostris, separatam eis commoditatem præbeat. *Ibid.*

6 Seruet Vicarij, & Dispensatoris regulas sibi præscriptas, & proprias legat tertio quoq; mense. *Ib.* V. V. *Dispensator*. V. *Minister ab expensis*.

CORRECTIO FRATERNA.

1 Peccantes, loco, & tempore opportuno, & modo: primum secreto moneant nostri: secundum duos vel tres adhibeant testes: tertium deferant ad Superiores. *C. l. 1. c. 11.*

2 Instante magno discrimine Collegio, aut multis, nisi denuntientur, & vbi locus fraternæ monitionis, aut spes futuræ emendationis non sit; ad Superiorem deferant, modo certò sciant. *Ib.*

3 Etiam in leuioribus sibi inuicem monendo consulant. *Ib.*

4 Sine arrogantia, & stomacho fiat, maxime à recenter conuersis, & minoris ætatis. *Ib.*

5 Humiliter, & patienter ab omnibus accipiantur admonitiones. *Ib. c. 12.*

6 Superiores locorum ne in posterum denuntient suis subditis monita incorrigibilitatis, nisi P. Gen. id prius approbarit. *Mon. Cap. Gen.* 1647.

7 Præp. Gen. arguet, obsecret, increpet, contumaces frangat, castiget, prout cuiq; expedire iudicauerit. *C. l. 4. c. 12.*

8 Missæ breuitati indecore studentes corrigantur à Visitat. Prouinc. & Superioribus. *Mon. c. 5.* 1620. V. V. *Castigatio*.

CVBICVLA.

1 Cubicula ad singulorum habitationem, in quolibet latere, septem communium cubitorum Mediolanensium mensura constent. *C. l. 2. c. 3.*

2 Eorum suppellex sit: Imago Christi Domini Crucifixi, & alia ad pietatem incitandam: libri quos superior concesserit pro ratione studiorum, ac munerum: & ad necessitatem, arbitrio superioris, pertinent: Vestimenta pro tempore, & vsu domo prodeundi necessaria. *Ib.*

3 Alia communi loco relinqui debent. *Ib.*

4 Supellex omnis item ad iter opportuna, auferatur à cubiculis, nisi quis habeat in scriptis facultatem P. Gen. vel Prou. eam conseruandi. *Mon. C. Gen.* 1629.

5 Omnino nihil esculentum, aut poculentum, non lectus plumeus, aut conopeo ornatus: nõ parietes,

rietes vestiti : quibus omnibus æqualitati consulatur, & in hoc Superiores ipsi cæteros anteire studeant. *C. l. 2. Ib.*

6 Non prohibetur, quin ad hospitium vsum imagines pulchriores haberi possint, si quæ nunc sunt, aut in posterum donentur; Declar. *Con. l. 2. c. 3.*

7 Post horam à prandio, signo dato quisq; statim in cubiculum se recipiat. *C. l. 2. c. 14.*

8 Et ibi permaneat, etiam extra horas præfinitas qui ex debita officij cura domum obire non debet. *C. l. 2. c. 15.*

9 Nullus alienum cubiculum ingrediatur sine superioris licentia, sed pulsato ostio, quod ordinarie claue extante, clausum quisque habere solet; nisi cum contigerit aliquem alium simul esse in cubiculo, in limine manens alloquatur. *Ibidem.*

10 Vigilent superiores super ijs, qui aliena cubicula, & alias officinas varijs artibus, & instrumentis audent aperire, & in eos pęnitentijs tertij ordinis animaduertant; Idemq; pręstent Visitatores, & Prouinciales in visitationibus. *Mon. Cap. Gen. 1632.*

11 Præter Pręp. & Vicarium, ne permittantur officiales maiores alij, nisi officij causa, alienum cubiculum ingredi sine licentia Præpositi. *Dec. C. Gen. 1589.*

12 Habeant superiores locorũ clauem apud se, quia possint Collegialium cubicula ordinariè aperire. *Decr. Cap. Gen. 1614.*

13 Bis, aut ter in anno omnium cubicula vna cum Discretis ex improuiso perlustrent, & occurrant discrete quibusdam propensionibus, siue in cubiculis, siue in alijs rebus habendis. *C. l. 4. c. 17.*

14 Nimis exquisitam munditiã in cubiculis, vestibus, & si quid aliud est deuitent nostri. *C. l. 2. c. 15.*

15 Eorũ suppellex sit modesta, scilicet sedes lignea, & simplici opere: lectus non plumeus: non stragula mensæ, aut genuali adhibita: non lectis cortinæ: non lodices nisi ex vulgari panno lineo, vt lecti quocunq; anni tempore sint operti rudi panno lineo viridi apud nos vsitato. *Reg. Præp. Local.*

V. V. *Officiorum Visitatio.*

C V R A.

1 Nullus negotium, licet ad pietatem, suscipiat, sine superioris consensu *C. l. 2. c. 1.*

2 Si contigerit suscipi extra Cõgregationem, communicet cum suo Superiore quæ ad illud pertinebunt; & vbi quis velit impedire, potius ea cura dimittatur. *Ibid.*

3 Monialium, Seminariorum, Societatumq; quarumlibet cura ne suscipiatur, *C. l. 3. c. 4.*

4 Liceat, ordinarijs petentibus, aliquem dare ad extraordinarias Confessiones, ad visitandum, siue concionandum. *Ib.*

5 Et

5 Et Prepositi Collegiorũ quosc unque Confessarios in posterum non concedant, nisi ad duos menses ad summum, ac præcisè ad formam Constitutionum. Quod si eo termino non prouiderint ordinarij de confessario ordinario, & aliqui concedendi sint; amotis omnino prioribus, alios substituant; atq; in hoc etiam Pater Generalis dispensare non possit, nisi de Assistentium suorum consensu. *Decr. Cap. Gen.* 1617.

6 Eadem intelliguntur de Collegijs, siue domibus Sanctimonialium, seu mulierum etiam voto solemni non adstrictarum. *Ib.* 1623.

7 Ad eas quæ veniunt ordinariè ad Ecclesias nostras pro suscipiendis Sacramentis, in casu ægrotationis earum, accedere poterit Confessarius assignatus ad Sacramentum Penitentię ministrandum, tantum. *Ibid.*

8 Omninò vero nemo ex nostris accedat ad prædictas, siue pro Missa celebranda, siue pro Sacramentis administrandis, siue pro illarum visitatione, sine licentia superioris Collegij. *Ib.*

9 Non prohibetur quin duobus Monasterijs quibus dari hactenus consueuit Confessarius, etiam ordinarius possit dari, qui tamen eorum curæ nil aliud suscipiat pręter Sacramentorum administrationem. *C. l.* 3. *n.* 4.

10 Neq; prohibentur Congregationes Laicorum quæ in domibus nostris haberi festis diebus solent, quæ tamen nonnisi Capituli localis consensu institui possunt. *Ibid.*

11 Qui contra hæc fecerit, ipso iure suffragij, & dignitate, si obtinet, sit priuatus. *Ib.*

12 Ne suscipiatur cura litium componendarum. *Ib.* Neq; familiæ alicuius administratio. *Ib.* neq; mulieris alicuius alendæ cura, & si qua est, dimittatur. *Dec. C. G.* 1617.

13 Animarum curæ ne recipiantur; sed quando ex caussa temperari possit, an, & quomodo, sit iudicium solius Cap. Gen. *C. l.* 1. *c.* 7.

14 Certè non ita facile recipiendæ sunt *Decr. Cap. Gen.* 1611.

DECRETA.

V. V. *Ordinatio.*

DENVNCIATIO.

1 Persistentes in peccato post secundam admonitionem, deferantur ad Superiores ad præscriptum *Const. l.* 2. *c.* 11.

2 Delatione facta, ne peccatorum emendationem negligant Superiores, sed pro ratione periculi impendentis, prudenter consulant de remedio. *Ib. c.* 12.

DIGNITAS.

1 Post Professionem (extra solemnem tamen actum) iurent nostri ad formam in Const. descriptã q̃ neq; Præp. dignitatem, neq; aliquod officium quod huiusmodi dignitati preferatur in Congregatione, ex Constitutionibus, sibi mandari

7 Audientes in Ecclesia, superpelliceo sine vanitate, & complicatione, cum stola vtantur. *Ibid.*

8 Ne audiāt in cubiculis, quib' nostri singillatim vtūtur. *Dec. C.G.* 1585. neq; in Sacristia. *For. Sacrist.*

9 Nullus accipiat votum obedientiæ ab aliqua muliere, seu viro, neque permittat quantum in se est, vt tale votum quis faciat: quæ facta sunt, irrita censeantur ex parte Confessarij, neque contra hoc dispensari queat. *Ibidem* 1591.

10 Ne item suadeat maxime adolescenti, vt votum siue de nostra, siue de aliena religione faciat, absque Superioris facultate, quæ penes Generalem est, & eos, quibus eam communicauerit. *Ibidem* 1611. *&* 1591. 1593.

11 Neq; item eiusmodi votum recipiat Præposito locali inconsulto, alioquin puniatur penitentia tertij ordinis. *Ibidem*.

12 Nihil accipiant Confessarij à pænitentibus suis, neque item nimiam coniunctionem cum ijs habeant. *C. l.* 3. *c.* 1.

13 Extra Sacramentum pænit. mulierum colloquijs quammaxime possunt abstineant, & confitentes celeriter dimittant. *C. l.* 2. *c.* 2. *& formul. Confess.*

14 Neque absque necessitate domi conueniant. *Ibidem*.

15 Cum domi pænitentiæ Sacramentum illis ministratur, adsit si fieri commode possit, socius, vel saltem pateat ostium. *Ibidem c.* 1.

16 Episcoporum curam & administrationem in hac maxime parte adiuuent, decreta & præscriptiones, quantum est in eis, tueantur. *C. l.* 3. *c.* 1.

17 Caueant ab his, quæ ordinarios; vel Parochos offendere queunt: præsertim verò ne quocūque nomine absoluant deductos ad forum contentiosum; & Priuilegijs Congr. cautè vtantur. *Form. Confess.*

18 In audiendis confessionibus difficilioris cōditionis hominum, vires suas metiantur, de Præpositi & sui Confessarij consilio. *Ibidem.*

19 Casuum cognitioni maxime difficiliorum, studeant. *Ibidem.*

20 In Confessionali habeant affixam Bullam Cœnæ Domini, & tabellam casuum reseruatorum ordinario, & imaginum ad pietatem excitandam. *Ibidem*.

21 Prompti sint, vocati & quo die maior est concursus, & eo maturius accedant. *Ibidem*.

22 Præuia prece de more opus aggrediantur. *Ibidem*.

23 Impendentes absolutionem iungant manus, eleuant, benedicunt, de more, iterum iungunt ad verba, Passio Domini, *Cærem. L.* 3. *c.* 8.

24 Ingruente turba pænitentium, ne moleste ferant, nec aliquid prætermittant necessarium integritati confessionum. *Reg. Cōf. Ib.*

25 Tem-

25 Tempore Concionis, vel lectionis, si fieri potest, nullum audiant. Neque mulieres post salutationem Angelicam, neque in Monasterijs Moniales. *Ibidem*.

26 Sedis fenestellæ, lamina, & spissum velum apponatur.

27 Circa Venerea sobriè, & prudenter se gerant, & non nisi necessaria ad Confessionem percunctentur. *Ibidem*.

27 Abiectos, & pauperes ne respuant sed humaniter excipiant. *Ibidem*.

29 Hortentur ad frequentiam Sacræ Communionis, non crebrius tamen quam octauo quoque die, nisi de probata aliqua anima agatur. *Ibidem*.

30 Sint interse vnanimes, & aliorum bonæ existimationi consulant. *Ibidem*.

31 Non ostendant minus sibi gratum proprium pænitentem ad alium Confessarium accedere: neque alienum pænitentem facile tanquam ordinarium admittant, nisi magna de causa, & consensu prioris Cõfessarij si sit ex nostris, vel saltem Superioris. *Ibidem*.

32 Caute agant, & tueantur auctoritatem alterius Confessarij, à quo fuerit alicui negata absolutio. *Ibidem*.

33 Vocati ad confessionem infirmi, vel carcerati maxime ignoti, habeant in promptu quæ vsui tunc esse possunt, maxime casus omnes reseruatos; & peracta confessione relinquant fidem administrati Sacramenti pro Parocho, & Medico, die adiecto, & anno. *Ibid*.

34 Ne agant cum Iudicibus ad reorum liberationem, vel damnatorum ad supplicium, iustificationem, & caueant diligenter cum his quorum processus causæ nondum perfectus sit, circa propositum tacendæ, vel negandæ veritatis. *Ibidem*.

35 Ægrotos expediet aliquando ad testamentum inducere: sed Confessarij nisi vocati non intersint.

CONFESSARII
Collegij.

1 Præpositus localis, omnium in Collegio morantium, etiam si sint Assistentes Præp. Gen. Confessarius sit, *C. l.* 2. *c.* 4.

2 Alium quoq; ipse eligat spectatæ vitæ Sacerdotem à Generali approbandum, cui quoque omnes ordinarie confiteri possint. *Ibid*.

3 Iste verò, vel Præposito, vel Vicario confiteatur, qui tamen Vicarius ordinarius confessarius nũquam sit. *Ibidem*.

4 Possit Præpositus quisque specialem confessarium alicui, ad tempus, aliquando assignare, vbi ei expedire iudicauerit. *Ibidem*.

5 Etiam Vicarium in Confessarium Iuuenum. *Dec. Cap. Gen.* 1585.

6 Nulli regulari, aut sæculari

 sine

siue ex nostris, siue de extraneis confiteri liceat, sine Superiorum consensu, vt ex priuileg. Apost. C. l. 2. ibidem.

7 Præpositus ex facultate Generalis potest assignare Confessarium ex nostris, ijs qui exeunt Vrbe, vel Oppido, & non suppetit copia ordinarij Confessarij, tantùm dum abfuerint, & non vltra; modo non fuerit prohibitus vel nominatim suspensus à confessionibus audiendis. *Mon. C. Gen.* 1605. 1623.

8 Communicaturos præsertim à Nouitiatu recentes, & Conuersos diligenter instruant Confessarij, & quid inde vtilitatis perceperint exquirant. *Ibidem*.

9 Peccantes in fratres suos ne permittant communicari antequã de more Congr. satisfactionem inuicem dederint; & veniam petierint. *Form. Confess.*

10 Volentes secum agere de animæ suæ statu, non solum audiãt, sed & vltro inuitent. *Ibid.*

11 Regularem obseruantiam, amorem in Congr. Superiorum auctoritatem, pro viribus inducãt, & tueantur. *Ibidem*.

12 Lapsos erigere, solari afflictos, excitare negligentes, suadere virtutes religiosas, & spiritũ inducere, eorum sunt partes. *Ibidem*.

13 A Confessario & Superiore communionem sibi concedi cum benedictione, & magna reuerentia postulent communicaturi, & abstinendi statis diebus licentiam, aut frequentius accedendi. *Const. l. 2. c. 4.*

14 Nouitijs quoque detur aliquando extraordinarius Confessarius Magistri iudicio. *C. l. 1. c. 4.*

15 Idem Magister eorum confessiones audiat in Ecclesia, quantum fieri potest; & vbi contingat audire in cubiculo, pateat ostiũ. *Ib.*

16 Formulam literarum quas dare debet Præpositus localis pro nominatione Confessariorum ad P. Gener. vel Prou. habes in formular *pag. 43.*

CONFESSARII Monialium.

1 Verba ne in longum ab his proferri patiantur, si qua maximè perturbatione in aliam quæ feratur. *Reg. Confess.*

2 De aliqua, ne quid in laudẽ, vel vituperationem proferant. *Ib.*

3 Ne quid à quapiam vel minimum accipiant, vel requirant; neque ad prædia Monasterij animi ergo diuertant: neque alio Monialium sumptu. *Ibidem*.

4 Seueriorem vitam poscentibus ne facilè concedant, nisi cum consensu Abbatissæ, si ita expedire iudicauerint; vel si Confessarij extraordinarij sint, remittant ordinario. *Ibidem*.

5 Adesse studeant infirmis, sed clausuram ne ingrediantur leui de causa; qua de re prius cum Priorissa conueniant. *Ibidem*.

6 Dum

6 Dum eas audiunt, cella de morte interfit, & ostium pateat. *Ibid.*

7 Ne quid erga eas, vel subsidij causa præstent, sed cum opus est, ministras aduocent. Omnino ne pulsus quidem tentandi ergo, eas tangant, & intra clausuram noctu ne adsint, nisi extreme laborent, neq; tunc cubiculo vbi degit egrediatur. *Ib.*

8 Extra locum confessionis, maxime in ijs qui deputantur sæcularium collucutionibus ne Moniales, vel vt eorum quemquam associent alloquātur, moramuè trahant, nisi Superiore requirente. *Ib.*

9 Hæ regulæ legantur coram omnibus Confessarijs initio Aduentus, & Quadragesimæ. *Ibid.*

CONFESSIO.

1 Singulis Dominicis, alijsque festis diebus, qui ex Ecclesię precepto celebrantur, qui Sacerdotes nō sunt, antequam ad Communionē accedant, confiteantur. *C.l. 2. c. 4.*

2 Si ex Superioris voluntate non communicent, singula tamen hebdomada Pœnitentiæ Sacramenta non omittant. *Ibid.*

3 Sacerdotes, ter, vel bis saltem singula hebdomada confiteantur. *C. l. 2. c. 5.*

4 In primo ingressu quilibet Nouitius generalem vitæ suæ confessionem faciat. *C. l. 1. c. 2.*

5 Sexto quoq; mense de sex anteactis mensibus idem præstari ab omnibus desideratur. *C.l. 2. c. 4.* Et legatur hæc constitutio initio Aduētus, & Quadrag. *offic. Præp. local.*

6 Omnino prætetur ab ijs, qui, vel professuri, vel ordines suscepturi sunt. *Ibid.*

CONGREGATIONIS nostræ Institutio.

1 Ad absolutū mundi contemptum, & plenam mortificationem deducit; ad diuinum cultum, & religiosam viuendi rationem, sacris potissimum sermonibus habendis, Sanctorum Sacramentorum frequentatione introducenda, & animarū saluti incumbendō. *C. l. 1 c. 1.*

2 Paulo Apostolo Duce, ac patrono Deo militare profitetur, à quo, & Congreg. Cler. Reg. S. Pauli nomen deductum est. *Ib.*

3 Eiusdem fundatores fuerunt. B. Antonius Maria Zacharia, Bartholomæus Ferrarius, Iacobus Morigia. *Decr. Cap. Gen.* 1620.

4 Neq; parendi necessitatem cū peccati obligatione imponit, neq; pęnas irrogat. *C. l. 1. c. 1.*

5 Neq; obligat mortalis aut venialis peccati vinculo facientes contra Constitutionem, vel ordinationes aliquas, nisi votorum, vel contemptus causa, aut alio nomine iure quis sit obligatur, aut vrgeat præceptum. *Ibid.*

6 Pæna vel in Constitut. vel ordinationibus, vel in Canonibus expressa neminem attingit, nisi cum erratum commiserit, etiam specialiter ei iniuncta fuerit: idq; nisi

nisi ipso facto irrogari constituatur. *Ibid.*

7 Congregationis administratio, est penes Capitulum generale in primis: & regitur ab vno Generali cum Assistentium consilio. *C. l. 4. c. 1.*

8 Præpositi, & Capitula particularem habent administrationẽ. *Ibid.*

9 Quilibet, si sit Sacerdos, & quadriennium post professionem explenerit, administrationis particeps est. *Ibid.*

Vide Verb. *Functiones.* & V. *Constitutiones.*

CONGREGATIONES Laicorum.

1 Esse possint apud nos festis diebus, sed non instituantur sine consensu Cap. Localis, & qui contra hoc fecerit, iure suffragij, & dignitate, quam obtinet sit priuatus. *C. l. 3. c. 4.*

2 Ne omittantur, saltem sine licentia Prouincialis. *Mon. C. Gen. 1623.*

V. V. *Præfect. Cong. Laicorum.*

CONSERVATOR.

1 Si eligi expediat, & quinam, agat Præpositus cum Vicario, Discretis, Procuratore, & Cancellario, & dentur litteræ ad Gen. vel Prou. pro confirmatione, quæ sint subscriptæ à Præp. & Cancellario, & sigillo Collegij munitæ. *ex formul. pag. 44.*

CONSTITVTIONES.

1 Constitutiones, ac ordinationes à maioribus nostris scriptæ, harum sanctione antiquatæ intelliguntur. *C. l. 1. c. 1.*

2 Hæ omnes plene seruentur, & iusta de causa dispensari poterunt, modo in hoc non aduersetur Constitut. ipsis, ordinationi Cap. Gen. vel iussione Superiorũ prohibito. *Ib.*

3 Possunt Præp. locales, in ijs, quæ pertinent ad quotidianam cõmunis vitæ disciplinam, & vsum, cum Collegialibus suis, & etiam alienis, quos eo loco morari accidat, & secum ipsi, dispensare. *Ib.*

4 Perennem eiusmodi veniam alicui dare non debent; sed renouandam prout opus fuerit; neque toti Collegio, nisi magna ex causa. *Ibid.*

5 In grauioribus Generalem, vel Prouincialem consulant. *Ib.*

6 Cessante causa dispensationis cesset dispensatio. *Ib.*

7 Qui sine legitima auctoritate, abrogationem, derogationem, dispensationemue tentauerit; dignitate, & gradu, si quem tunc temporis obtinet; voce item actiua, & passiua, si obtinet ipso facto sit priuatus; & alijs grauioribus pœnis puniatur Generalis Cap. vel Præp. Gen. arbitrio pro ratione culpæ. *Ibid.*

8 Si quid tam in præscriptis Constitutionibus quam illarum ordine condendis interpretationem, vel

vel declaratione indigeat, ad Cap. Gen. deferatur, sitq; ratum ac firmum quod maior pars, tribus tractatibus diuersis diebus habendis censuerit. *Ib.*

9 Vbi expectandi locus non est, statuat Præp. Gen. de Assist. consensu quid agendum, & tamen res ad Cap. Gen. suo tempore deferatur pro re probanda, vel alia constituenda. *Ib.*

10 Nouæ Constitutiones sine magna causa, ne fiant, sed quantum fieri potest prouideatur alia ratione, vel interpretatione iam conditarum. *Ib.*

11 Si noua opus sit, ea tribus Cap. Gener. diuersis annis habendis tanquam Constitutio à maiori parte approbetur. *Ib.*

12 Post primam approbationē, seruetur tanquam ordinatio Capituli. Post tertiam, constitutio habeatur. *Ib.*

13 Idem fiat si agatur de Constitutione aliqua in totum, vel ex parte abroganda. *Ib.*

14 In grauibus negotijs, de quibus constitutio habetur, ista legatur coram ijs, qui interesse debent. *Ibid.*

15 Per singula sacra tempora integrè legantur, coram omnibus simul congregatis, singulis libris per singula tempora distributis. *Ib.*

16 Parendi Constitutionibus necessitatem sub pœna peccati non inducunt; nisi alias votorum, vel contemptus causa, aut alio nomine iure quis sit obligatus, aut præceptum interueniat. *Ib.*

17 Pœna vel in Constitutionibus, vel ordinationibus expressa, vel in Canonibus penitentialibus descripta, nemo tenetur, nisi cum erratum commiserit, & iniuncta fuerit; idq; nisi ipso facto irrogari constituatur. *Ib.*

18 Ijs qui Congregationem ingressuri sunt, cognoscendæ, & legendæ tradantur, & per Præp. & Discretos explicentur. *Ib. c. 2.*

19 Qui contra Constitutiones, formulas, & Decreta Cong. nostrę peccans allegauerit consuetudinē in sui excusationem, grauius puniatur. *Dec. Cap. Gen. 1633.*

CONVERSI.

1 Recipiendus, vt Conuersus non sit minor 17. annis, neq; maior 34. *C. l. 1. c. 2.*

2 Vocentur nomine fratum. *Dec. C. Gen. 1647.*

3 In nouitiatum ingressi habeant exercitationes spirituales, generaliter confiteantur, colloquio cum alijs non vtantur per quindecim, l. viginti dies dū habent exercitationes spirituales. *C. l. 1. c. 2.*

4 Eorū habitus ad annos quinq; prorogetur. *Dec. Cap. Gen. 1629.* & vim habet Const. hoc Decretū.

5 Circa hanc Constitutionem P. Generalis, facultatem habet, habito prius à Capitulis testimonio de vita, & moribus, quinquennium

ex causa contrahendi. *Mon. Cap. Gen.* 1638.

6 Applicentur ad ea offitia, quę manuum exercitium requirunt. *C. l.* 4. *c.* 18.

7 Recepti, numquam postea admittantur ad ordines, aut habitum Clericorum. *C. l.* 2. *c.* 9.

8 Ad rationem Horarum Canonicarum preces suas dicant; loco Matutini, Orationem Dominicalem, & salutationem Angelicam vicies, & quater; pro laudibus, quinquies, pro Vesperis, duodecies; pro reliquis singulis horis, septies. *Ibidem c.* 5.

9 Matutini, & Orationi illi coniunctæ intersint, precationi, & ipsi suo modo incumbentes. *Ib.*

10 Diebus festis, Purificationis, Annunciationis, Assumptionis, Natiuitatis, & Assumptionis; quindecies Orationem Dominicã cum Angelica salutatione recitent pro felici studiorum nostrorum progressu. *Dec. C. Gen.* 1602.

11 Missæ quotidie intersint, & frequenter confiteantur: omnino autem ante Communionem singulis festis diebus ex præcepto. *C. l.* 2. *c.* 4. *&* 5.

12 Fratribus nostris Conuersis vbiq; prohibitum est repræsentationis facere, & his similia. *Dec. C. Gen.* 1647.

13 Curam habentes prædiorũ, quotannis, eo tempore quo ruri maior eorum est necessitas, degant in Collegio, & post sementium quilibet amoueatur, alio suffecto. *Mon. Cap. Gen.* 1638.

14 In transmigratione ad aliud Coll. ferant secum etiam biretum proprium. *Ib.* 1635.

V. V. *Nouitiorum Receptio Vestitus.*

COQVVS.

1 Munditiam in omnibus foueat: coquinam, & locum vbi vasa abluuntur, manè, & prandio quotidie verrat; opportunè cibos præparet: degustanda degustet: degustati reliquum abijciat: nihil manibus quoad fieri potest attractet: ad primum mensæ signum mappã mundam sternat, instrumenta ad incidendum, & alia opportuna præparet: calida omnia seruet pro rerum genere, maximè pro ijs, qui secundæ mensæ assident: parcè ligna absumat: lebetes custodiat: parcus sit cibis condendis, & valetudini condimento consulat, non gulæ, ad regularum nostrarum, & Dispensatoris præscriptum: modico sale quam nimio vtatur: suillam carnem, & alia salsamenta priuatim coquat. *Regul. Coq.*

2 Coquere, aut aliud quidpiam pro aliquo parare neminẽ permittat, neq; ipse paret sine expressa dispensatoris, vel Superiorum licentia; excepto tamen Valetudinarij Præfecto, l. coquo si fuerit. *Ibid.*

3 Quarto quoq; mense singulari diligentia abstergat, & nitidissima effi-

efficiat vasa fictilia, lapidea, aenea, cacabos, & id genus alia, & quotidie modo ordinario; opercula vero; & cochlearia maiora, & similia, singulis mensibus. *Ibid.*

4 Seruet regulas à Superioribus præscriptas, & seruandas in coquina. *Ibid.*

5 Vbi accidat extraneorum famulos esse in coquinis nostris, separatam eis commoditatem præbeat. *Ibid.*

6 Seruet Vicarij, & Dispensatoris regulas sibi præscriptas, & proprias legat tertio quoq; mense. *Ib.* V. V. *Dispensator.* V. *Minister ab expensis.*

CORRECTIO FRATERNA.

1 Peccantes, loco, & tempore opportuno, & modo: primum secreto moneant nostri: secundum duos vel tres adhibeant testes: tertium deferant ad Superiores. *C. l.* 1. *c.* 11.

2 Instante magno discrimine Collegio, aut multis, nisi denuntientur, & vbi locus fraternæ monitionis, aut spes futuræ emendationis non sit; ad Superiorem deferant, modo certò sciant. *Ib.*

3 Etiam in leuioribus sibi inuicem monendo consulant. *Ib.*

4 Sine arrogantia, & stomacho fiat, maxime à recenter conuersis, & minoris ætatis. *Ib.*

5 Humiliter, & patienter ab omnibus accipiantur admonitiones. *Ib. c.* 12.

6 Superiores locorum ne in posterum denuntient suis subditis monita incorrigibilitatis, nisi P. Gen. id prius approbarit. *Mon. Cap. Gen.* 1647.

7 Præp. Gen. arguet, obsecret, increpet, contumaces frangat, castiget, prout cuiq; expedire iudicauerit. *C. l.* 4. *c.* 12.

8 Missæ breuitati indecore studentes corrigantur à Visitat. Prouinc. & Superioribus. *Mon. c.* 5. 1620. V. V. *Castigatio.*

CVBICVLA.

1 Cubicula ad singulorum habitationem, in quolibet latere, septem communium cubitorum Mediolanensium mensura constent. *C. l.* 2. *c.* 3.

2 Eorum suppellex sit: Imago Christi Domini Crucifixi, & alia ad pietatem incitandam: libri quos superior concesserit pro ratione studiorum, ac munerum: & ad necessitatem, arbitrio superioris, pertinent: Vestimenta pro tempore, & vsu domo prodeundi necessaria. *Ib.*

3 Alia communi loco relinqui debent. *Ib.*

4 Supellex omnis item ad iter opportuna, auferatur à cubiculis, nisi quis habeat in scriptis facultatem P. Gen. vel Prou. eam conseruandi. *Mon. C. Gen.* 1629.

5 Omnino nihil esculentum, aut poculentum, non lectus plumeus, aut conopeo ornatus: nō parietes,

rietes vestiti: quibus omnibus æqualitati consulatur, & in hoc Superiores ipsi cæteros anteire studeant. *C. l. 2. Ib.*

6 Non prohibetur, quin ad hospitum vsum imagines pulchriores haberi possint, si quæ nunc sunt, aut in posterum donentur; Declar. *Con. l. 2. c. 3.*

7 Post horam à prandio, signo dato quisq; statim in cubiculum se recipiat. *C. l. 2. c.* 14.

8 Et ibi permaneat, etiam extra horas præfinitas qui ex debita officij cura domum obire non debet. *C. l. 2. c. 15.*

9 Nullus alienum cubiculum ingrediatur sine superioris licentia, sed pulsato ostio, quod ordinarie claue extante, clausum quisque habere solet; nisi cum contigerit aliquem alium simul esse in cubiculo, in limine manens alloquatur. *Ibidem.*

10 Vigilent superiores super ijs, qui aliena cubicula, & alias officinas varijs artibus, & instrumentis audent aperire, & in eos pęnitentijs tertij ordinis animaduertant; Idemq; pręstent Visitatores, & Prouinciales in visitationibus. *Mon. Cap. Gen. 1632.*

11 Præter Pręp. & Vicarium, ne permittantur officiales maiores alij, nisi officij causa, alienum cubiculum ingredi sine licentia Præpositi. *Dec. C. Gen.* 1589.

12 Habeant superiores locorũ claues apud se, quia possint Collegialium cubicula ordinatiè aperire, *Decr. Cap. Gen.* 1614.

13 Bis, aut ter in anno omnium cubicula vna cum Discretis ex improuiso perlustrent, & occurrant discrete quibusdam propensionibus, siue in cubiculis, siue in alijs rebus habendis. *C. l. 4. c. 17.*

14 Nimis exquisitam munditiã in cubiculis, vestibus, & si quid aliud est deuitent nostri. *C. l. 2. c. 15.*

15 Eorũ suppellex sit modesta, scilicet sedes lignea, & simplici opere: lectus non plumeus: non stragula mensæ, aut genuali adhibita: non lectis cortinæ: non lodices nisi ex vulgari panno lineo, vt lecti quocunq; anni tempore sint operti rudi panno lineo viridi apud nos vsitato. *Reg. Præp. Local.*

V. V. *Officiorum Visitatio.*

CVRA.

1 Nullus negotium, licet ad pietatem, suscipiat, sine superioris consensu *C. l. 2. c.* 1.

2 Si contigerit suscipi extra Cõgregationem, communicet cum suo Superiore quæ ad illud pertinebunt; & vbi quis velit impedire, potius ea cura dimittatur. *Ibid.*

3 Monialium, Seminariorum, Societatumq; quarumlibet cura ne suscipiatur, *C. l. 3. c.* 4.

4 Liceat, ordinarijs petentibus, aliquem dare ad extraordinarias Confessiones, ad visitandum, siue concionandum. *Ib.*

5 Et

5 Et Præpositi Collegiorũ quoscunque Confessarios in posterum non concedant, nisi ad duos menses ad summum, ac præcisè ad formam Constitutionum. Quod si eo termino non prouiderint ordinarij de confessario ordinario, & aliqui concedendi sint; amotis omnino prioribus, alios substituant; atq; in hoc etiam Pater Generalis dispensare non possit, nisi de Assistentium suorum consensu. *Decr. Cap. Gen.* 1617.

6 Eadem intelliguntur de Collegijs, siue domibus Sanctimonialium, seu mulierum etiam voto solemni non adstrictarum, *Ib.* 1623.

7 Ad eas quæ veniunt ordinariè ad Ecclesias nostras pro suscipiendis Sacramentis, in casu ægrotationis earum, accedere poterit Confessarius assignatus ad Sacramentum Penitentię ministrandum, tantum. *Ibid.*

8 Omninò vero nemo ex nostris accedat ad prædictas, siue pro Missa celebranda, siue pro Sacramentis administrandis, siue pro illarum visitatione, sine licentia superioris Collegij. *Ib.*

9 Non prohibetur quin duobus Monasterijs quibus dari hactenus consueuit Confessarius, etiam ordinarius possit dari, qui tamen eorum curæ nil aliud suscipiat preter Sacramentorum administrationem. *C. l.* 3. *c.* 4.

10 Neq; prohibentur Congregationes Laicorum quæ in domibus nostris haberi festis diebus solent, quæ tamen nonnisi Capituli localis consensu institui possunt. *Ibid.*

11 Qui contra hæc fecerit, ipso iure suffragij, & dignitate, si obtinet, sit priuatus. *Ib.*

12 Ne suscipiatur cura litium componendarum. *Ib.* Neq; familiæ alicuius administratio. *Ib.* neq; mulieris alicuius alendæ cura, & si qua est, dimittatur. *Dec. C. G.* 1617.

13 Animarum curæ ne recipiantur; sed quando ex caussa temperari possit, an, & quomodo, sit iudicium solius Cap. Gen. *C. l.* 1. *c.* 7.

14 Certè non ita facile recipiendæ sunt *Decr. Cap. Gen.* 1611.

DECRETA.

V. V. *Ordinatio.*

DENVNCIATIO.

1 Persistentes in peccato post secundam admonitionem, deferantur ad Superiores ad præscriptum *Const. l.* 2. *c.* 11.

2 Delatione facta, ne peccatorum emendationem negligant Superiores, sed pro ratione periculi impendentis, prudenter consulant de remedio. *Ib. c.* 12.

DIGNITAS.

1 Post Professionem (extra solemnem tamen actum) iurent nostri ad formam in Const. descriptã ꝙ neq; Præp. dignitatem, neq; aliquod officium quod huiusmodi dignitati preferatur in Congregatione, ex Constitutionibus, sibi mandari

dari curabunt; neq; aliquam dignitatem eodem modo, extra Congregationem quæsituros, aut sine præcepto Summi Pontif. acceptaturos. *C. l.* 1. *c.* 5.

2 Hanc formulam, propria manu, post scriptum Professionis, eodem libro scribant, & subscribant. *Ibid.*

3 Generalis Præp. dignitatem, sibi, vel alij per se, vel per alium qui mandari curauerit; priuetur iure suffragij in perpetuum, vel grauiori pœna arbitrio Cap. Gen. *C. l.* 4. *c.* 8.

4 Extenditur hæc Constitutio etiam ad officium, Assistentis, Visitatori, Procuratoris Generalis eodem modo quærentes: immo etiam dignitatem aliquam extra Congregationem. *Ib.*

5 Qui aliquem hæc curare cognouerit, deferat ad eum qui sit loco Præp. Generalis sub eadem pœna; nisi aliquandò à Cap. Gen. minuenda videatur. *Ib.*

6 Omnes itē officium per ambitionem quærentes grauiter puniantur. *Ibid.*

7 Qui aduersus hæc quæsierit, & obtinuerit; præter dictas pœnas; dignitate, & officio obtento priuetur, aut illius vsu interdicatur, & in hoc decreto, ne dispensetur. *Ib.*

V. V. *Ambitio.* V. *Iuramentum.* V. *Cap. Gen.*

DIMISSIO.

1 In dimittendis qui recepti sint, caueatur, an in suo vestitu adhuc sint, an non; an corporis, vel animæ vitio laborent; an causa dimittendi militauerit antequam reciperentur, vel vestirentur, & cognita fuerit, vel occultata, an vestitum, aut receptum morbus aliquis oppresserit, vel cōtractus fuerit ex aliquo ministerio in Congregatione; vt dimittendorū charitati, saluti, famæ, ædificationi, & existimationi Congregationis consulatur. *C. l.* 1. *c.* 6.

2 Dimittendi causæ potissimæ erunt: Natura reluctans votis præstandis: paci, & publicæ quieti cōtraria, & ad mores aliorum deprauandos accomodata nostrisq; institutis colendis inepta. *Ib.*

3 Omninò quantum fieri potest sine ignominia dimittatur qui dimittendus est, cuius fama etiam apud domesticos conseruetur. *Ib.*

4 Cum habitu Cong. nullus abire permittatur. *Ib.*

5 Omnia quæ attulerit ei reddantur; nisi fuerint in eius vsu consumpta; tunc enim, an, & quæ ei reddenda sint, Iudicet Generalis, vel Prou. *Ib.*

6 Causas dimissionis faciendæ, & sententiam, Præp. Nouitiatus cum suis vocalibus, Præp. Generali exponant, qui de Assist. consensu quid faciendum sit, arbitrabitur. *Ibidem.*

7 Si quis dimissus fuerit, vel spōte abierit, & iterū recipi petit; referatur

feratur

feratur negotium, primum quidem ad Capitulum nouitiatus, vel aliud, vnde discesserit, vt cognoscat, & Præpositũ Gen. consulat, de Assist. consensu deliberaturum. *Ib.*

8 Ante Generalis responsum ne in domum recipiatur, nisi causa maxime vrgente, & tanquam hospes, iudicio localis Capituli. *Ib.*

9 Videatur an adhuc militet causa illius dimissionis, & quam magna spes melioris euentus sit. *Ib.*

10 Si sponte quis abierit, qua de causa, aut qua ratione abierit; quæq; spes eius constantiæ, & progressus haberi possit. *Ib.*

11 Sine consensu Præp. Gen., vel Prouinc. non curanda reuocatio eorum, qui sponte discesserunt, si quando agatur de Congregationis vtilitate, & potius Diaboli insidijs, quam mala mente discesserint. *Ibidem.*

12 Denuo tamen recepti ita habeantur, ac si primum recepti essent. *Ib.*

13 Qui ex Professis abierit; si iterum recipiatur, post omnes qui tunc sunt professi collocetur, & ita habeatur, ac si esset post omnes professus. Idem fiat de Sacerdotibus, vt de Nouitijs Sacerdotibus. *Decl. Const. l. 1. c. 6.*

V. V. *Nouitiorum iterata Receptio.*

DISCIPLINA.

1 Prompti sint omnes quocumque modo vocati. *C. l. 2. c. 1.*

2 Postquam omnes de more aqua aspersi fuerint, quamprimum se conferant ad quietem silentij lege. *Ibid. c. 6.*

3 In cibo, somno, vestitu, sermone, concordia, patientia, disciplinam seruent. *Ib. c. 12. 13.*

4 Item in recessu à prandio, dato signo. *Ib. c. 14.*

5 Item in horarum distributione, officijs, functionibus, communibus actionibus certa regula peragendis, gratijs post Matutinam refectionem in choro habendis, sacra lectione ad mensam, benedictione, & gratiarum actione adhibenda; in risu, strepitu, corporis munditia, in vestibus, & cubiculis, & id genus alijs. *Ib. c. 15.*

6 In sedendo, & præcedendo. *C. l. 4. c. 6.*

7 In omnibus Capitulis, vt supra. V. Cap. Gen. *Ibid. c. 7.*

8. Mutatio distributionis temporis, si necessitas cogat, fiat consulto Prep. Gen. vel Prou. *C. l. 2. c. 15.*

9 A prima mensa nullus absit sine Sup. licentia. *Ib.*

10 Ne alieno corpori quis manus admoneat: neque nimis frequenti consuetudine seorsum ab alijs sit. *Ib.*

11 In alienum officium sine licentia nullus se ingerat. *Ib.*

12 Videat Præp. Gen. num in aliquo loco præsertim vbi Nouitij instituuntur, & vbi scholæ habentur, Constitutiones, Decreta, &

omnes ordinationes, quo decet studio, obseruentur, vel ratio disciplinæ immutetur, vel remittatur. C. l. 4. c. 12.

13 Præp. & Præfectus vbi scholæ sunt, vna cum Collegij Confessario efficiat, ne disciplina spiritualium exercitationum, humiliumq; functionum quatenus liceat per occupationem studiorum; relinquitur. C. l. 3. c. 5.

14 Qui à Nonitiatu sunt recentes, eadem, qua Nouitij, institutione tractentur. Ib.

15 Animaduertat Præp. si aliquis insolens, vel à recta disciplina alienus euadat, & si opus sit, ea de re ad Præp. Gen. vel Prou. scribat, qui eum castiget; vel ad corporeas exercitationes à studijs retrahat. Ib.

16 Item, vt quilibet (quicunq; is sit) certis domesticis, & vilibus ministerijs vicissim fungatur. C. l. 4. c. 18.

DISCRETI.

1 Habeat vnusquisq; Præp. ex grauioribus sui Collegij, quattuor quidem, vbi duodecim sunt vocales; duos, vbi minor est numerus; quorum consilio, & opera in administratione sua vtatur; ijq; appellentur Discreti. C. l. 4. c. 17.

DISCRETVS MAIOR.

1 Eius officium est Superiorem monere, sed cum maxima modestia, & charitate, & ad hoc munus se præparet oratione. Reg. eius quibus Super. Mon. deb. & lib. 4. cap. 17.

2 Hac occasione, caueat, ne debitam Superiori obedientiam, & reuerentiam minuat, & fidelitatem, & integritatem officio suo debitam retardet. Ibidem.

3 Obseruet tempus, & locum vt moneat; nec leui de causa aut ex sola sui sententia moneat quæ tam circa personam, quam eius officiũ spectant; errata non in genere, sed in facto demonstrans. Ibidem.

4 Quę admonuerit nullo modo euulget, nisi requisitus à Superioribus. Ibidem.

5 Iterum, ac sæpius si opus est, debita reuerentia id officium præstet; quod si frustra; tunc Superiori significet. Ibidem.

6 Sed antequam id munus præstet, hæc præscripta legat. Ibidem.

DISCRETI.

1 Hos eligat Præpositus localis cum Capitulo suo. Ibidem.

2 Sint vocales, & singulis annis vel mutentur, vel confirmentur. Ibidem.

3 Adiuuent Vicarium in sua curatione. Ibidem.

4 Interueniant rationibus dandis singulo mense à Procuratore. Ibidem.

5 Et visitationi cubiculorum bis, vel ter in anno à Præp. improuiso faciendæ. Ibidem.

6 Item in electione officialium minorum Collegij. C. l. 4. c. 18.

7 Maior ex illis moneat Superiorem, si quid opus sit. *Ibidem*.

8 Idem maior Discretus cum suo Superiore accipiant à nostris iter agentibus, res & pecunias omnes, quas resignare tenentur, à Collegio & aliunde acceptas, denique de facta consignatione testimoniũ in scriptis. *Dec. Cap. Gen.* 1620. *& Monit.* 1605.

9 Primi quoque discreti idem præstent vna cum Vicario erga Superiores discedentes, circa clauis arcæ, & pecuniæ consignationem, & testimonium de facta consignatione dandum. *Ibidem*, *& Mon.* 1635.

10 Vnus ex his recipiat clauem Arcæ communis discedente Procuratore à Collegio. *Ibid.* 1623.

11 Si duo tantum sunt discreti, quorũ vnus sit Procurator, in reddenda iste ratione dati, & accepti, vocet Præp. Vicarium, vel alium Prodiscretum *Ibidem* 1626.

12 Videant notabilia in libro Actorum Collegij, & prius approbent, quam scribantur. *Mon. Cap. Gen.* 1623.

13 Moriente Præposito, vel facto inhabili, aut in crimen labente, scribant ad P. Gen. vel Prou. vt consulant. *C. l.* 4. *c.* 17.

Subscribant Acta insigniora suorum Collegiorũ deferenda ad Cap. Gen. *Dec. Cap. Gen.* 1632.

14 Ad præscriptum, & mentem Præp. & Vicarij omnem officij sui rationem accomodent, & illis plene obedire studeant. *Reg. Discr.*

15 Reliquorum Collegialium amorem, obedientiam, & reuerentiam erga illos excitent. *Ibidem*.

16 Nihil seuerius, aut remissius agant. *Ibidem*.

17 Sint alijs optimo exemplo, & vniuersam disciplinam in alijs custodiant. *Ibidem*.

18 Singulorum mores vbique obseruent, officialibus, officinas, & si quid à regulis alienum compererint, vel deesse, curent prouideri. *Ibidem*.

19 Quæ in communi disciplina desiderari viderint, referent in conuentu, qui alternis hebdomadis vna cum Præposito, & Vicario habebitur, & item si quid prouidendum, vel emendandum; in quo tamen quidquid statutum fuerit, ne alijs dicatur; aut certè Præposito vel Vicario significabunt, aut soli quandoq; Præposito, ab eo qui maior est communicabitur. *Ibid.*

20 Moneant modeste, & cum charitate, aberrantes à communi disciplina & suis regulis, & si opus est deferant ad Superiores. Si de Nouitijs agatur, adeant suum Instructorem, nisi verbo in ipso facto satisfacere possint. *Ibid.*

21 Redigant in memoriam capitula omnia præscripto tempore, & spatio facienda, & dent signa vespertinæ orationis, & receptus. *Ibid.*

22 Sexto-

22 Sextoquoq; mense, Iulio, & Ianuario scribant ad Generalem, vel Prou. etiamsi iidem degant in eodem Collegio, de huius statu, & alijs vt infra. V. *littera Discretorum*.

DISCRETORVM consensus.

Requiritur.

1 Ad indicendum quandoque communiter, aut priuatim ieiunia, & corporis afflictiones extraordinarias, calamitate aliqua vrgente. *Const. l. 2. c. 7.*

2 Ad recipiendum plus triduo aliquem in hospitium. *Reg. Prap. local.*

3 Ad admittendas in Sacraria Ecclesiarũ nostrarum (sine tamen clausuræ violatione) Principes fœminas illustriori genere ortas, iudicio Præp. & eorundem discretorũ. *Decr. C. Gen.* 1605.

4 Ad amouenda e cubiculis ea omnia, quæ prohibita sunt circa paupertatem iuxta declarationem factam anno 1585. quam vide. V. *Paupertas n.* 15. 16.

5 Ad faciendum officium circa cadauer in casu necessitatis ad formam Moniti *Cap. Gen.* 1605. quod *vide* V. *officium n.* 10.

6 Ad suspendendum à sacrificio Sacerdotem, modo ipse Discretus eadem culpa non laboret, pro qua de suspensione facienda agitur. *Decr. C. Gen.* 1620.

8 Vt ab extraneis possint Præpositi librorum, & supellectilis depositum in ædibus nostris accipere *Dec. C. Gen.* 1579.

9 In negandis recreationibus autumnalibus ijs adolescentibus, qui se remissius in studijs accedente Magistrorum iudicio, egerint. *Regul. Discr.*

10 Eorundem Discretorum iudicio statuenda est pœna ijs infligenda, qui dum corripiuntur facile in ea verba prorumpunt se discessuros à Congregatione. *Mon. Cap. Gen.* 1620.

11 Ab ijs decernendum, qui à iure deligere sibi possint in nostris Ecclesijs sepulturam. *Decr. C. Gen.* 1588.

12 Item, quantum temporis decernendum sit ad absoluendum studia minora nostris adolescentibus. *C. l. 3. c. 5.*

13 Eorundem consilium, & Vicarij requiritur ad statuendum tempus visitandi officia minora opportunum. *Reg. Visit. Offic.*

DISPENSATIO.

1 Necessitate, vel iusta caussa vrgente, aut maiore vtilitate postulante dispensari potest, seu venia dari in Constitutionum obseruatione; modo specialiter ipsis Constitut. ord. Cap. Gen. aut Superiorum iussione prohibitum non sit. *C. l. 1. c. 1.*

2 Præpositi locales, tum secum ipsi, tum cum suis Collegialibus dispensare possunt, in iis, quæ ad quotidia-

tidianam communis vitæ disciplinam vſumq; pertinent; & etiam cum alienis, quas eo loco morari accidat. *Ibidem*.

3 Perennem tamen eiuſmodi veniam dare alicui non debent: neq; toti Collegio, niſi magna ex cauſa. *Ibidem*.

4 Qui ſine legitima authoritate diſpenſationem Conſtitutionũ, vel aliquam earum impetrare conatus fuerit; is dignitate, & gradu, quem tunc forte obtinet, & iure eam conſequendi, & voce actiua, ac paſſiua ipſo facto ſit priuatus; præter grauiores pęnas arbitrio Cap. Gen. pro modo culpæ infligendas. *Ibidem*.

5 Diſpenſari nequit, vt Confeſſarius accipiat votum obedientiæ ab aliqua muliere, ſeu viro. *Dec. Cap. Gen.* 1591.

6 Diſpenſatur vt P. Generalis cum Aſſiſtentium conſenſu concedere poſſit Prouincialibus vt de conſenſu Conſiliariorum ſuorum Procuratores locales per ſuam Prouinciam approbare poſſint. *Ib.* 1620. 1611.

7 Cantus muſicus in Diuinis Officijs, aut inſtrumenta muſica prohibentur. *C. l. 2. c.* 5.

8 Poteſt Generalis diſpenſare, vt in diuinis officijs adhibeatur cãtus muſicus ante, & poſt Miſſam, ſeu alia diuina officia, vbi introducta eſt laudabilis conſuetudo, vel adſit aliqua cauſa rationabilis, *Dec. Cap. Gen.* 1620.

9 Patribus ſexagenarijs conceditur immunitas à domeſticis Collegij miniſterijs. *Ib.* 1639.

10 Etiam præmio aliquo, puta immunitate aliqua, aut commoditate afficiat Generalis ſenes benemeritos. *Mon. Cap. Gen.* 1610.

DISPENSATOR.

1 Seruet, & diſtribuat neceſſaria ad victum, & ad eundem paranda, coquo in dies præſcribat: ad præſcriptum noſtræ tabellæ diſtribuat, & vbi recedendũ ducat, Vicarium conſulat, ſicut in dubijs, & ad officium ſuum ſpectantibus. *Reg. Diſp.* 10.

2 Æqualitatẽ ſeruet inter omnes; ſenum, & debilium, ægrotorum, & aliorum re aliqua indigentium rationem habeat ex ſuperiorum præſcripto. *Ibidem*.

3 Coqui curam, & operam ſpeculetur, vt ſuum munus impleat diligenter, & in tempore neceſſaria ſuppeditet, & tempeſtiue, ſignificanda, ſignificet. *Ibidem*.

4 Et præſto ſit ad diſpenſandum. *Ibidem*.

5 Digitis ne quid obtrectet dum ſecat, & diſtribuit, ſed furcilla, & cultello vtatur. *Ibidem*.

6 Reliquias de menſa conſeruet, & diſtribuat prout Præpoſito, vel Vicario placuerit. *Ibidem*.

7 Libellum habeat docentem modum ſeruandi cibaria, & tabellam rerum parandarum ad reliquũ anni

anni vſum ſingulis anni temporibus, & parari omnia in tempore curabit. *Ib.*

8 Nulli, præter ordinaria, ſine facultate Præp. vel Vicarij quidquam det: lucernas hyemis ſeruet, concinnatas diſtribuat: vas olei certo loco habeat alijs diſtribuendum, ſed parce, & moderate. *Ibid.*

9 Eius curæ commiſſa, claues cuſtodiat; repoſitoria, munda ſeruet, & inuigilet ne quid incuria depereat, vel corrumpatur, & antequam quidquam penitus conſumatur, Vicarium admoneat. *Ibid.*

10 Præter parata ad quotidianum vſum, curet aliqua pro hoſpitibus prouideri. *Ibidem.*

11 Habeat indicem totius ſuppelectilis ad coquinam, & penu pertinentis, ſæpiuſq; inſpiciat, ſi quid deſit, vel reficiendum ſit, vt Vicario ſuggerat, & ſtanneam ſuppellectilem alternis hebdomadis numeret. *Ibidem.*

12 Scopas cuiuſcunq; generis, præter veſtiarias, ſeruet, & diſtribuat, ſaponis, & herbæ aſperioris curam gerat ad patinas abluendas: pannos lineos ad eundem vſum à linteario numeratos accipiat, reddat, & ſeruari curet. *Ib.*

13 Tertio quoque menſe legat officij ſui regulas. *Ib.*

V. V. *Coquus.* V. *Miniſter ab expenſis.*

ECCLESIÆ.

1 Earum ædificia adhibitis peritis, & experimentatis Architectis prius ſtabiliantur, deinde à Præp. Gen. cum Aſſiſtentium conſenſu approbentur. *C. l. 2. c. 8.*

2 In poſterum S. Pauli nomine conſecrentur, niſi aliud velit fundator: In eis tamen ſit ſaltem Altare illi dicatum. *Ib.*

3 In picturis, nihil prophanum ſit, nihilq; ab hiſtoriæ veritate diſcordans. *Ib.*

4 Quidquid ad eas pertinet, ſit mundum, purum, integrum, & ita ſeruetur iuxta regulas in hoc genere deſcriptas. *Ib.*

5 Earum conſecrationes notentur in libro Cancellariæ, & obſeruentur in Archiuio. *C. l. 4. c. 17.*

6 Ne in ijs, & earundem ſacellis permittantur affigi inſignia, & quæ vulgò dicuntur Arme, & Impreſe niſi de P. Generalis, vel Prouincialis expreſſa facultate. *Dec. Cap. Gen.* 1602. 1611.

7 Nulli extraneo detur in noſtris Eccleſijs ſepultura (exceptis communibus ſepulchris) ſine conſenſu Præp. Gen. qui ſine graui cauſa ne det, maxime in ijs Eccleſijs, vbi noſtris adhuc non eſt data ſepultura. *C. l. 2. c. 5. & Decl. conſt.* 1582.

8 Benefactoribus tantum, filijs ſpiritualibus, conſanguineis proximioribus fratrum noſtrorum, deligentibus ſibi ſepulturam, & ijs qui

de

de iure id facere possunt, arbitrio Præp. & Discretorum diiudicandum, concedatur. *Dec. C. G.* 1588.

7. Ecclesiarum possessiones, & earundem promulgationes referantur in acta Collegiorum. *Form.* V. V. *Prædicator.*

ELEEMOSINA.

1 Sine concessu superioris, ne quis petat, aut accipiat in eleemosinas erogandum, vel restituendum. Fiat autem tum erogatio, tum restitutio cum libera est, arbitrio Superioris. *Const. l.* 2. *c.* 1.

2 Quidquid offerri nobis contigerit, Superiori primum detur, & eius dispositioni liberum relinquatur. *C. l.* 2. *c.* 3.

3 Quidquid quisq; attulerit, aut quacunq; hominis, vel iuris dispositione acquisiuerit, id omne statim commune intelligatur totius Congregationis, nisi disponentium voluntas aliud statuerit. *Ibidem.*

4 Nemini licet sine licentia sui Superioris à pænitentibus, amicis, seu propinquis ad proprium vsum quidquam petere. Si quid detur, non conferatur in vsum illius, cui datum est. Si contra communem vsum sit, vendatur, vel distrahatur. Si consentaneum institutis nostris est, Superioris arbitrio distribuatur. *Dec. Cap. Gen.* 1602. 1605.

5 Inuigilent superiores, vt à Concionatoribus tollatur abusus eleemosynarum *Mon. C. Gen.* 1620.

6 Nullus siue à domesticis, siue ab extraneis sibi quid quam dari curet, parariue, aut accipiat etiam ad tuendam valetudinem sine superioris, aut quibus talis cura est concessa, facultate. *C. l.* 2. *c.* 1.

EVCHARISTIA.

1 Ad hanc accedant non Sacerdotes singulis diebus Dominicis, & Festis ex præcepto. *C. l.* 2. *c.* 4.

2 Nullus abstineat sine concessu Superioris, & Confessarij. *Ibidem.*

3 Isti verò, nostros maxime Nouitios doceant de dignitate huius Sacramenti, præparatione, fructibus, & vtilitate ex illo capiendis. *Ibidem.*

4 Antequam accedant communicaturi, à Superiore, & Confessario veniam petant cum reuerentia. *Ib.*

5 Extranei quam maxime fieri potest ad huius frequentiam inducantur. *C. l.* 3. *c.* 1.

6 Nimis frequens Sacramentorum vsus extraneis interdicatur à nostris Confessarijs, nisi de probatissima aliqua anima agatur. *Dec. C. Gen.* 1617.

EVCHARISTIÆ Administratio.

1 In Communione ordinaria; si adest Prælatus, vel Sacerdos cōmunicaturus, communionem sumat ante ministrum, & si sit Sacerdos, cum Rocheto, & Stola coloris illius diei. Si plures sint Clerici, vel Conuersi communicaturi, exibunt e choro bini e latere Euāgelij cum Rochetis, vel vestibus superio-

 ribus;

ribus; Conuersi, cum Mantellis, Ministro, & alio Clerico pannum hinc inde ministrantibus. *Carem. l. 3. c. 7.*

2 Rocheta adhibeant Clerici non ministrantes, in festis primæ, & secundæ classis, & quando ob aliam causam intersunt Missæ Rochetis induti, aut est expositum in eodem Altari Sanctissimum Sacramentũ. *Ibidem.*

3 Clerici nundum professi adhibere poterunt Rocheta donec aliud statuatur. *Ibidem.*

4 Si quis Laicus intra Missam priuatam communicaturus est; minister extendat pannum ad Cancellos post Agnus Dei, & sumpto sanguine à Sacerdote, dicat Confiteor. &c. *Ibid.*

5 Nunquam permittatur Sacerdos ministrare hoc Sacramentum paratus Amictu, Alba, Cingulo, & Stola tantum. *Ibidem.*

6 Reliqua in hoc genere seruentur ad præscriptum Cæremonialis. *Ibidem.*

7 Vbi ęgrotis nostris ministrandum est hoc Sacramentum, paretur Sacerdotibus Rochetum cum Stola; Clericis Rochetum; Conuersis Mantellum, modo hæ vestes non sint ægroto graui incommodo. *Ibid. cap. 8.*

8 Exeant ægroti si possunt, de lecto, communicaturi, & prope lectum genuflexi expectent Sacramentum. *Ibidem.*

9 Viaticum deferat Superior assistente Præfecto cum Rocheto. Adsint Sacerdotes, & Clerici cum Rochetis, & cereis accensis, qui bini procedent ante Sanctiss. Sacramentum, alternatim recitantes Psal. *Miserere*, omissis intortitijs à Clericis deferendis, quæ deferri debent ab vltimis Sacerdotibus. *Ib.*

EXERCITATIONES spirituales.

1 In primo Congregationis ingressu habeãtur exercitationes spirituales per quindecim, aut viginti dies arbitrio Magistri Nouitiorum. *C. l. 1. c. 21.*

2 Habeantur, & ab ijs qui professuri sunt, & à suscepturis ordinẽ Subdiaconatus, & Præsbytera tus. *Ibidem.*

3 Præpositi, & Superiores locorum omninò præstari curent exercitationes spirituales semel in anno à nostris, amota quacunque causa, & excusatione, ad formam præscriptam, & à Cap. Gen. approbatam. Circa finem verò anni trasmittant notulam eorum, qui miserint, ad Præp. Gen. vel Prou., vt in eos seuerius animaduertant. *Dec. Cap. Gen. 1623. 1629. 1638.*

4 Occasione exercitationum spiritualium adhiberi potest cantus musicus. *Dec. C. Gen. 1620.*

5 Præpositus, & Præfectus studiorum in Collegijs, vbi Scholæ fuerint, efficiat cum Collegij Confessario, ne disciplina spiritualium exercitationum, humiliumq; functio-

ctio-

ctionum, quatenus per studiorum occupationem liceat, relinquatur. *C. l. 3. c. 5.*

6 Ad autumnales recreationes ne mittātur qui spiritualibus exercitationibus nō vacauerint. *Re. Dec.*

V. V. *Præfectus exercitationum spiritualium*. V. *Ordinationes*.

EXTREMA VNCTIO.

1 Conuocentur omnes Patres, & Clerici consueta campanula, vt conueniant in cubiculum ægroti grauiter laborantis. *Cærem. l. 3. c. 8.*

2 Superior ipse Collegij indutus Rocheto, & Stola, & comitante à sinistris Præfecto Rocheto induto, & precedente Clerico Crucem ferente sine hasta, medio inter acytholos, vt in processionibus, cereos accensos sine candelabris gestantes procedit de Sacristia ad ægrotum dicens alternatim cum ministris Psalmum *Miserere. Ibid.*

3 Genuflectunt omnes circa lectum ægroti, excepto Superiore, & Prefecto; Clerico vero & Acolythis genuflexis ad pedes ęgroti, qui crucem osculatur; deinde cętera præstantur ad præscriptum Ritualis Rom. & Cærem. nostri. *Ibidem*.

4 Dum habetur vnctio dicuntur ab alijs alternatim Psalmi Pœnitentiales. *Ibidem*.

5 Re absoluta relinquitur Crux coram infirmo, modo aliam ille non habeat. *Ibidem*.

6 Ad vsq; finem ęgroti astabunt illi vicissim Sacerdotes Sacra lectione, excitatione, documentis ægrotum adiuuantes; cæteri in Ecclesia vicissim orent pro eodē. *Ib.*

7 Relinquatur in cubiculo infirmi ad eadem peragenda ritualis liber cum Rocheto, & Stola violacea. *Ibid.*

8 Morte cito imminente Superior idem animam commendet indutus superpelliceo, & stola, vt in Rituali. Adsint alij Collegiales pro eo orantes. *Ib.*

FVNCTIONES.

Quædam ad nostram; quædam ad proximorum salutem pertinent.

Ad nostram pertinent hæc, videlicet.

1 Chorum diu noctuq; frequentare; Orationi mentali in die vacare; quotidie Sacerdotes celebrare Missam.

2 Statutis ieiuniorum temporibus non solum, sed & in Aduentu Domini, & singulis diebus Veneris ieiunare.

3 Humilitatem ita profiteri, vt præter tria vota, iuremus quòd neque Præp. dignitatem procurabimus, neque extra Congreg. dignitatem quęremus; aut sine Summi Pont. præcepto accipiemus.

4 Etiam Sacerdotes inseruire mensæ, patinas abluere, ministeria humilia obire quæcunq; Superior mandauerit.

5 Abnegare propriam voluntatem, itaut vnusquisq; ad nutum Superioris locum, officium, dignita-

tem, vestimenta, libros, accipiat, & relinquat.

6 In omnibus nostris actionibus, in sermone, voce, gestu, cũctisq; tum animi, tum corporis motibus mortificatio, & modestia eluceat.

Ad proximorum salutem hæc spectant.

1 Catechismum in Ecclesijs pueros docere. *C. l. 3. c.* 4.

2 Sacramentorum vsum, & frequentiam introducere.

3 Confessiones pœnitentium omnium, qui ad nos accedunt indifferenter audire.

4 Concionari vbique in pagis, ciuitatibus, & plateis.

5 Proficisci ad missiones in villis, & pagis.

6 Disserere de rebus diuinis vbicunq; se dederit occasio. *C. l.* 2. *c.* 14.

7 Casus conscientię explicare.

8 Literas sacras interpretari.

9 Rhetoricam humaniores literas, Philosophiam.

10 Thelogiam ad iussum Superioris publicè etiam in Gymnasijs nostris docere.

11 Pacem proximorum componere. *C. l.* 3. *c.* 4.

12 Alia misericordiæ, & charitatis opera colere, prout vnicuiq; Præp. præscripserit. *Ibid.*

13 Incumbere toto vitæ cursu ad studia literarum.

14 Hæc omnia proponenda sunt coram Præposito, & Discretis, ijs qui petunt recipi in nostram Congregationem, vt in formula habetur. pag. 14.

Quædam functiones expresse prohibitæ nobis sunt in Constitutionibus, videlicet.

1 Monialium, Seminariorum, Societatumq; quarumlibet cura.

2 Licet tamen ad extraordinarias Monialium confessiones, secundum Dec. Conc. Trid. *sess.* 25. *c.* 10. *de regul.*, siue ad concionandum, siue ad visitandum, ordinarijs petentibus, aliquem dare: & ordinarium Confessorem duobus nostris Monasterijs assignare: & habere Cong. Laicorum diebus festis cũ consensu Cap. localis. *Const. l.* 3. *c.* 4. V. V. *Cura.*

3 Item prohibetur munus litium componendarum.

4 Alicuius familiæ administratio. V. V. *Cura.*

5 Alienæ pecuniæ custodia, aut depositum, nisi charitate exigente, aliquando horum aliquid Generali visum fuerit concedere.

6 Morari in aula Principum, vel Prælatorum quouis nomine, ni forte per breue spatium, puta duorum, vel trium mensium, concessu Præp. Gen. *Ibid.*

7 Curet Præp. Gen. vt seniores de Congregatione bene meriti aliquo præmio afficiantur, puta immunitate aliqua, aut commoditate, arbitrio eiusdem Præp. Gen. *Mon. Cap. Gen.* 1610.

FVN-

FVNDATOR.

1 Tres fuerunt nostræ Cong. fundatores; B. Antonius Maria Zacharia: Bartholomæus Ferrarius, & Iacobus Antonius Morigia. *Dec. Cap. Gen.* 1620.

2 Horum Imagines habeantur in vnoquoq; Collegio, ad mensam simul sedentes, & de Congregatione consultantes. *Ib. & 1623.*

3 Pro fundatore Collegij, vt primum tradita fuerit illius possessio, sacrificium à singulis Sacerdotibus totius Cong. offeratur, Generali Præposito omnibus Collegijs denuntiante. *C. l. 2. c.* 5.

4 Idem fiat, vt primum cognitum fuerit esse defunctum. *Ibid.*

5 In vnoquoq; Collegio pro suo fundatore singula hebdomada Missa celebretur siue viuo, siue defuncto, & singulis annis quo die tradita fuit possessio Collegij vnusquisq; Sacerdos Collegij: qui verò non fuerit Sacerdos oret pro illius salute coronæ precatione. *Ib.*

6 Si fuerit Vniuersitas quæ fundarit; pro ijs qui de ea fuerint, & sint, idem præstetur. *Ib.*

7 Qui non fundator omninò, sed fundationis particeps fuerit, gaudeat apud nos beneficio benefactoris, & eo insuper quod Præp. Gen. de dictis suffragijs statuerit. *Ib.*

8 Recipiantur fundatores omnes ad participandum meritum omnium bonorum operum, quæ in tota Congregatione fient. *Ib.*

9 Horum nomina in singulis Collegijs diligẽter notentur; adiecta breuiter causa. *Ibid.*

V. V. *Suffragia.* V. *Officia Diuina.*

HORÆ CANONICÆ.

1 Recitentur ad præscriptum Breuiarij Pij V. iussu editi. *C. l. 2. c.* 5. Vrbani VIII. auctore recogniti. *Cærem. l. 5. c.* 10.

2 Voce vnisona, non flexionibus variata præterquam in officio quintæ, & sextæ feriæ, & Sabbati hebdomadæ sanctæ, in quo licet in fine psalmorum, & oratione vocem in extremis syllabis more nostro flectere, & lectiones Matutini Officij eorundem dierum consuetis flexionibus pronunciare. *C. l. 2. c. 5. & Declar. Const. ibid.*

3 Moderata item tarditate in pronunciando; cum pausa ad versiculi punctum; sine productione vocis ad punctum; & deuote; cereis accensis ad omnes horas, in altari collocatis. *C. Ib.*

4 In Matutinis, & officijs Defunctorum, breuior sit de more pronuntiatio; apta tamen, distincta, & cum aliqua pausa ad punctum, & eodem modo in ferialibus diebus. *Ibid.*

5 In Collegijs paucis Vesperæ saltem in Ecclesia ad minus diebus festis, nisi venia à Generali impetrata sit, celebrentur. Et vbi consueuere nostri cantare horas paulo ante prandium, & Completorium post Vesperas, ne omittant, sine

causa

causa à Generali, vel Prouinc. approbanda. *Mon. C. Gen.* 1611.

6 Collegijs S. Carolo dicatis conceditur, vt post suffragia B. V., & S. Pauli vesperi addant commemorationem S. Caroli, si Collegiales voluerint. *Dec. C. Gen.* 1620.

7 Omnes Clerici professi etiam sacris non initiati, canonicas horas quotidie recitare teneantur; & omittentes puniantur, ac si essent in Sacris constituti. *Ib.* 1588.

8 Nemo absit ab Officij Diuini recitatione nisi iusta aliqua caussa, superioris arbitrio impeditus; exceptis ijs de quibus in Const. exprimitur; maxime adsint, quorum functio aliqua propria, vel officium sit in choro. *C. l. 2. Ib.*

9 Qui abfuerit, curet in choro officium dicere, aut in eo loco, & modo, qui sacræ precationi conueniat. *Ibid.*

10 Extranei, nisi Religiosi, & Clerici, tempore Diuinorum Officiorum in choro non admittantur, neque intra sepimentum Altaris, cum Missa celebratur. *Ib.*

11 In omnibus Diuinis Officijs, musicus cantus, etiam qui firmus vulgò dicitur, aut musica instrumenta ne admittantur; itaut dispensari hac in re non possit. *Ib.*

12 Cãtu firmo recitare possunt in Parochiali Ecclesia, cuius curã nostri gerant, quæ circa cadauer in Ecclesiã illatũ eo modo quo recitare Ecclesiastici moris est, idq; cum secularibus Clericis, qui ei officio intersunt. *Declar. Const. Ib.* 1582.

13 Eodem, ob necessitatẽ muneris Parochialis, vti potest Parochus ex nostris in Ecclesia S. Blasij de annulo in Vrbe, ad Missam pro defunctis cum Clericis secularibus cantandam, & celebrantis munere fungi, cum ex quodam more ad Ecclesias Parochiales isti accedãt; tum etiam quando nostro Parocho ad alias ex eodem more necessum est ire cum alijs Parochis. *Ib.* 1582.

14 Papię, vbi Ecclesia S. Mariæ Coronatæ ea lege concessa est, vt cantu firmo Antiphonæ B. V. Sabbato publice pronuncientur cantu firmo, non habet locum canti firmi prohibitio. *Ibid.* 1582.

15 Neq; in Ecclesia S. Michaelis Viennæ quo ad Missas Conuentuales, & aliqua Diuina Officia cantu firmo, & figurato cũ organis, & instrumentis, à Cãtoribus deputatis, decantanda, cũ eadem Ecclesia sub eadem obligatione nobis tradita sit à Cæsare, & Episcopo. *Ib.* 1632.

16 Neq; occasione spiritualium exercitationũ quæ apud nos fiunt, ante & post Missam, vel alia Diuina Officia prohibetur cantus musicus. *Dec. C. Gen.* 1620.

17 Quod rationabiliter introductum est ratione Cardin. Episcoporum, & Principum Laicorum, id piè retineatur. *Ibid.*

18 In alijs similibus casibus, poterit Præp. Gen. dispensare, vbi introducta

troducta est consuetudo, vel alia causa rationabilis. *Ib.*

19 Suffragia pro defunctis nostris præstentur, ac si Congregatio in Prouincias diuisa nō fuerit. *Mon. C. Gen.* 1644.

20 Hora Matutini Officij, hyeme antediluculum, ęstate sit primo diluculo: exceptis ijs diebus, quibus solet Ecclesia matutinum vesperi præcedente recitare. *C. l. 2. Ib.*

21 Conuersi ad rationem Horarum Canonicarum, præces suas dicant. Loco Matutini, dicant orationem Dominicam, & Salutationem Angelicam vicies, & quater; pro laudibus, quinquies; pro vesperis, duodecies; pro reliquis singulis horis, septies. *Ib.*

V. V. *Officium. Missa. Suffragium.*

HORARVM DISTRIBVTIO.

1 Euulgata apud nos horarum distributio in tota Cong. obseruetur. *C. l. 2. c.* 15.

2 Vbi aliqua ratione expediat immutari, fiat de consilio Generalis, vel saltem Prouincialis. *Ib.*

3 In tempore diuinorum officiorum constituendo, studiorum quantum fieri possit, commoditati consulatur. *C. l. 3. c.* 5.

4 Diei naturalis cursus tribus interuallis distribuitur; primum est, à signo orationis, quæ fit antequam cubitum eatur, ad primum matutini officij signum: alterum est, à primo signo matutini ad primum prandij: tertiū, à primo prandij ad signum orationis.

5 Primum interuallum sit horarum ad summum octo; minimum vero septem, ac quarta horæ pars examine conscientiæ, & aspersione aquæ benedictæ consumatur, reliquum detur quieti.

6 Secundum sit horarum sex, & quartæ horæ partis; nisi quod mense Iunio sex tantum horis constet: quo quidem in spatio illud obseruetur, vt tertiæ ac sextæ horæ, seu pro varietate tēporis sextę, ac nonę preces ita recitentur, vt ijs absolutis primum detur prandij signum.

7 Tertium spatium sit circiter decem horarū quod ita distribuatur, vt à primo prandij signo duæ horæ numerentur vsque ad signum secessus, à primo autem vespertinæ refectionis signo duæ horæ relinquantur ad similitudinem earum, quas circa prandium posuimus; vt post eas examinis conscientiæ signum detur.

8 Duo signa horarum canonicarum, & refectionū circiter quartam horæ partem inter se distent.

9 Cæterum vt pro varietate dierum hæ regulæ sint certiores, tabella descripta seruetur, quæ singulorum mensium varietates, die in septem spatia distributo, & septem præcipuis actionibus notato, minutatim ostendit. Mutatio semper incipiet ab oratione quæ fit antequam cubitum eatur dies præcędentis.

10 A Paschatis festo vsque ad Cal. Septembris quo tempore tantum conceditur meridiana quies, nona post prandium recitetur, secundumque eius signum detur loco signi secessus, hoc est post duas horas à primo prandij signo: post nonam quies sequatur, mensibus quidem Maij, Iunij, & Iulij horæ spatio; sed à Paschate ad Cal. Maij, & mense item Augusto dimidia tãtum hora: & post quietem detur signum parua campana ad surgendum; quo quidem tempore summo mane post orationem dicatur tantum prima; reliquo vero tempore, & in omnibus sextis ferijs, etiamsi non ieiunari contingat, addatur tertia; sexta vero nunquàm, quod in omnibus Collegijs seruetur, nisi facultatem à Præposito Generali habeant aliter faciendi.

11 A Cal. Octobris ad Sabbatum ante primam Quadragesimæ Dominicam oratio habeatur in sero cum angelicæ salutationis datur signum: reliquo vero tempore statim post completorium.

12 Dominicis diebus, quibus officium Dominicæ, idque nouem lectionum habetur, quarta horæ parte citius primum matutini signum detur, quam in tabella notatum est.

13 Diebus festis omnibus qui celebrantur ex Ecclesiæ præcepto, hora dimidia serius detur primum signum horarum quæ ante prandium recitantur, quam in eadem tabella præscriptum est.

14 Quibus diebus in Collegio ieiunatur, siue ex præcepto, siue secus, primum earundem signum differatur horæ spatio. Sed in Quadragesima quando vesperæ recitantur ante prandium, idem signũ differatur tribus ex quatuor horæ partibus. In Aduentu autem ob dierum breuitatem dimidia tantum hora. eisdem item diebus detur tantum vnum signum pro refectione vespertina.

15 Nocte sancta Natiuitatis Domini citius detur orationis seu examinis signum; & primum matutini signum hora septima.

16 Ne qua vero varietas passim contingat, horarumque distributio propterea perturbetur, in quolibet Collegio habeatur proprium horologium, quod saltem per totum Collegium audiatur, vniformique semper ratione quantum fieri potest regatur ab eo qui aptior à Superiore iudicabitur.

17 Si vero in aliquo Collegio pro ratione loci, personarum, aut functionum aliquid ex præscriptis immutare opus sit, Præpositus Generalis, vel Prouincialis si fuerit consulatur, qui omnibus circumspectis statuet quod magis in Domino expedire iudicabit. *Hæc ex Tabella Temp. distrib.*

HO-

HOSPITIVM.

1 Hospitum recipiendorum munus idoneæ personæ mandetur cum consilio discretorum. *C. l. 4. c. 18.*

2 Non nisi consensu superioris, & secundum paupertatis statum, recipiantur. *Ibidem.*

3 Nemo recipiatur qui in domo nostra fortasse quietis, vel spiritualis progressus gratia habitare cuperet. *Ibidem.*

4 Ne in hoc dispensetur sine cōsensu Patris Generalis, & omnium, & singulorum Assistentium. *Dec. Cap. Gen. 1617.*

5 Neq; accipiantur hospitio ij, qui profugij causa ad nos sese recipiunt, nisi in graui, & proximo periculo constituti sint, & à satellitibus comprahēdi timent; sic tamen, vt admissi pauci sint, & quamprimum discedant. In alijs vero casibus non accipiantur, nisi approbante P. Generali, vel Prouinciali. *Dec. Cap. Gen. 1593.*

V. Præfectus Hospitij.

IANITOR.

1 Aliquis, vel plures prout opus sit, eligantur qui ad fores, claudentes, & aperientes assistant, fideles, modesti, patientes. *C. l. 4. c. 18.*

2 Ianitoris munus ne laicis mādetur. *Dec. Cap. G. 1632.*

3 Clausam ordinariè habeant Ianuam, eiq; assistant: recedentes clausam dimittant, & clauem secum deferant. *Regul. Ianit.*

4 Supplendi rationem cum Superiore communicent: supplētem, quod opus est moneant, *Ibidem.*

5 Mane claues à Præp. repetant, circa solis ortum fores aperiant; vesperi post salutationem Angelicam claudant, & claues Superiori consignent. *Ibidem.*

6 Post horam præscriptam, inconsulto superiore ne aperiant. *Ibi*

7 Ne aliquem exire aut ingredi patiantur, quem nolle superiorem nouerint. *Ibidem.*

8 Ad ianuæ fenestellam quoad fieri potest satisfaciant. *Ibidem.*

9 Prius adeant superiorē si isto nolente quis vocetur. *Ibidem.*

10 Si vero Nouitius sit, prius Magistrum aduocent. *Ibidem.*

11 Literas, l. scedulas Collegialibus Missas, licet apertas; munera item, & alia, deferant superiori, neq quidquam significent ijs, ad quos mittuntur. *Ibid. & Dec. C. G. 1620.*

12 Non intelligitur tamen de Procuratore Generali vel eius substituto tempore Capituli Generalis respectu literarum à quouis acceptarum in Colleg. Rom. vbi degit, neq; de quouis alio respectu literarum, quas à Præp. Gen. sibi missas esse comperiet. *Decl. Const. L. 2. c. 1. 1582. Mon. Cap. Gen. 1629.*

13 Hospites inconsulto superiore ne excipiant; & nostros interim expectare ad ianuam rogent, ni aliter constet de facultate illorum aduentus. *Regul. Ian. Ibid.*

14 De hospitum aduentu hospi-

tij Præfectum, & ministrum admoneant. *Ibidem*.

15 Neminē ex Collegialibus sine necessitate ad ianuam morari permittant, & contra modestiam, & disciplinam facientes, denuntient superioribus. *Ibidem*.

16 Nihil custodiendum ab extraneo excipiant sine superioris consensu. *Ibid.*

17 Vilioribus hominibus ad ianuæ loca ministrent. *Reg. Hosp.*

18 Tertio quoq; mense legant regulas sui officij *Ibid.*

IEIVNIVM.

1 Præter ea quæ Ecclesiæ præcepto seruare tenemur ieiunia, hæc adduntur.

2 Quadragesimale quidem incipiat in secunda feria post Dominicam quinquagesimæ.

3 Tempore Aduentus fiat ex ritu Romano idem quadragesimale ieiunium.

4 Ieiunetur item in Vigilijs Epiphaniæ, Corporis Christi, Purificationis, Natiuitatis B. V. Conuersionis S. Pauli, & B. Alexandri Saulij, qua hebdomada omittatur ieiunium feriæ sextæ. *Mon. Cap. Gen.* 1599. 1644.

5 Porrò sexta quaq; feria ieiunetur; Paschali tempore excepto, & Natali Domini.

6 Si in hanc feriam festum ex præcepto Ecclesiæ celebrandum incidat, ieiunetur die præcedenti, eiusmodi festo non occupato.

7 Si eadem hebdomada habeat aliam diem, in qua sit ieiunandum, omittatur ieiunium, sextæ feriæ.

8 Quarta quoq; feria insuper abstineant nostri à carnibus, excepto Natali Domino si inciderit. Non prohibentur cum fuerint apud extraneos.

9 In Vigilia Titularis propriæ Ecclesiæ ieiunetur, & in alijs Vigilijs sequantur nostri consuetudinem loci.

10 Ad ieiunia, & similia hortentur superiores maxime tempore publicæ calamitatis, & quandoq; communiter, aut priuatim indicere possint cum consensu discretorum. Hæc *Const. l. 2. c. 7.*

11 In quocumq; etiam quadragesimali ieiunio conceditur vesperi ientaculum cum pane. *Priuileg. Paul. 3.* 1535. 8. *Kal. Aug.*

V. V. *Abstinentia*.

INVENTARIVM.

1 Fiat bonorū omniū cum descriptione singulorum corporum, & cohærentium, iurium, obligationum quorumcumq; cum nominibus debitorum, & creditorum, distinctè atq; ordine, idq; fiat à Cancellario vna cum Procuratore. *Const. l. 4. c. 17.*

2 Inuentariorum Bibliothecæ, Ecclesiasticæ suppellectilis, stabilium, suppellectilis Collegij, & instructionis pro rationibus à Procuratore computandis formulas habes in formul. à *pag.* 85. *ad.* 132.

ITINERA.

1 Licentiam itineris faciendi dare possit Præp. localis cum quis triduò tantum est absuturus, aut negotiorum domesticorum causa ad loca possessionum Collegij profecturus. Alioqui Generalis, vel Prou. sit illam dare. *C. l. 2. c. 1.*

2 Prouincialis non possit dare extra fines suæ Prouinciæ transituris. *Ibidem*.

3 Habeat quilibet in itinere literas Superioris sui commendatitias; sine quibus in alijs Collegijs ne recipiatur. *Ibidem*.

4 Si quis in aliquo Collegio sit moraturus, ea de re item literas habeat. *Ibidem*.

5 Domo nullus exeat, nisi à Superiore facultatem prius, benedictionem, & comitem impetrauerit. *Ibidem*.

V. V. *Prædicator*.

INDVLGENTIA.

Perpetuo nobis concessæ sunt Indulgentiæ, vt infra, videlicet.

1 Die Professionis, profitenti, plenaria, & peccatorum remissio. *Sixt.* 5. 1586.

2 Plenaria item in festo SS. Apost. Petri & Pauli, tertiò Kal. Iulij confessis, & sacram sinaxim sumentibus & orantibus pro concordia Principum, hæresum extirpatione, & exaltatione S. Ecclesiæ.

3 Item, saltem contritis, si non possint confiteri, vel synaxim sumere, in articulo mortis constitutis si saltem corde dixerint *Iesu miserere mei*. *Idem*.

4 Præp. Gen. tempore Visitationis, & Visitatores finita visitatione elargiri possunt Indulgentiã Plenariam omnibus Collegialibus confessis, contritis, & communione refectis. *Idem*.

Ex priuilegijs Canon. Lateran. concessis, & nobis communicatis à Paulo 5. 1535.

1 Tempore Roman. stationum conceditur eadem Indulgentia visitantibus quinq; altaria in nostris Ecclesijs, recitando quinquies Pater, & Aue, pro statu S. Rom. Ecclesiæ, & si desint tot altaria, eligi possunt alia pia loca intra Collegij parietes, immo, & vbicumq; extra Collegium fuerint. *Sixtus* 4. 1479.

2 Dicentibus semel Psalm. *Miserere* ante quodlibet Altare eius Ecclesiæ, vbi habitant, conceduntur Indulgentiæ, quæ & in Diœcesi eius Ecclesiæ sunt, & in vrbe Roma *Idem*.

3 Qui dixerint ter Psal. *Miserere*, consequuntur Indulgentias Diœcesis vbi fuerint, & item quæ Romæ conceduntur eo die. *Innocen.* 8. 1486.

4 Conuenientibus ad Cap. Gen. pænitentibus, & confessis conceditur Indulgentia Plenaria cum absolutione ab omnibus casibus, præterquam reseruatis in Bulla Cænæ. *Leo. x.* 1513.

5 Producitur eadem Indulgen-

tia, & ad eos qui non conueniunt, si tunc temporis si fuerint in Congregatione *Iulius* 3. 1550.

6 Visitantibus tria, vel quattuor altaria, & ibi ad vnumquodque recitantibus quinquies Pater, & Aue, conceditur Indulgentia, quæ eo die conceditur Ciuitati, vel loco vbi ipsi fuerint. *Pius*. 5. 1566.

IVRAMENTVM.

1 Extra solemnem actum Professionis iuret statim Clericus Professus verbis in formula conceptis à Const. de non procurando sibi mandari, neque Præp. dignitatem, neque officium quod huic præfertur in Congregatione. *Const. l.* 2. *c.* 1.

2 Item in hanc formam. *Testem inuoco Deum, quod in fauorem dumtaxat Religionis aliquam dignitatem extra Congr. non quæram aut sine præcepto Summi Pontif. accipiam*. *Decret. Cap. Gen.* 1647.

3 Superiores iureiurando adigant vocales omnes, ne ea quæ in Capitulo tractantur, & vel vniuersæ Congr. vel alicui Collegio, vel certæ personæ detrimentum, aut offensionem afferre possunt, cuiquam ex nostris, aut alijs significent: idque omninò præstandum erit in dando à Capitulis testimonio de vita, & moribus, & in recipiendo, seù reijciendo qui petat in Congregationem recipi, vel etiam dimittendo qui iam sit receptus. *Decr. Cap. Gen.* 1617.

4 In electione Præp. Generalis fit Iuramentum. *Testem inuoco Deum quod neque me ipsum, & vnum vna schedula nominabo*.

5 In electione Assistentium. *Testem inuoco Deum quod quatuor, & non plures neque me ipsum nominabo*. *Const. l.* 4. *c.* 8.

6 In electione Visitatorum, eadem forma mutatis mutandis. *Ib. cap.* 9.

In electione discretorum. *Testem inuoco Deum, quod duos (quatuor) & non plures, neq; me ipsum nominabo*. *formul.*

7 In electione Procuratoris, & Cancellarij, & singulorum Superiorum eadem forma quæ in electione Præposit. Generalis vt Sup. *Const. l.* 4. *c.* 9.

8 In negotijs secreto habendis. *Testem inuoco Deum, quod ea, quæ in hoc capitulo tractabuntur, &, vel vniuersæ Cong. vel alicui Collegio, vel certæ personæ detrimentum, aut offensionem afferre possunt, cuiquam ex nostris, aut alijs nullo modo significabo*. *formul.*

9 Scrutatorũ iuram. in electione Generalis, & alijs electionibus sic. *Testem inuoco Deum, quod suffragiorum quæ pro vnoquoque lata fuerint, verum numerum enunciabo: licet alicuius manum agnoscam, eum alicui non patefaciam, & in hoc toto scrutatoris munere me fidelem, & sine dolo præstabo*. *Const.*

Const. l. 4. c. 8.

10 In electione vero Procuratoris localis.

Testem inuoco Deum, quod nominatorum verum numerum enuntiabo: numerum autem nominationum secreto habebo; & licet alicuius manum agnoscam, eũ alicui non patefaciam, & in hoc toto scrutatoris munere, me fidelem, & sine dolo præstabo. formul.

11 In Electione Discretorum, & Cancellarij.

Testem inuoco Deum, quod suffragiorum, quæ pro vnoquoq; lata fuerint, verum numerum enuntiabo: & licet alicuius manum agnoscam, eum alicui non patefaciam: & in hoc toto scrutatoris munere me fidelem, & sine dolo præstabo. formul.

LIBRI.

1 Habeantur Superioris concessu in cubiculis, pro religione, & sanctitate colenda, & ratione studiorum. *C. l. 2. c. 3.*

2 Eorum notulam probent Superiores. *Ib. c. 15.*

3 Qui animaduertant quibusnam opera detur, & quibus scriptionibus, ne tempus inaniter conteratur. *Ibid.*

4 Curent in suis Collegijs instructam haberi Bibliothæcam, quantum fieri possit, eamq; communem, & eorum librorum copia maxime refertam, quæ sufficiat Collegialium numero, & frequentioribus nostris functionibus præstandis. *Ibid.*

5 Ab eadem Bibliothæca libri vnici non auferantur, nisi de licentia Præpositi, & in paruo numero, tuncq; non nisi notula relicta in loco patenti in ipsamet Bibliothæca. Qui secus fecerit, grauiter pro modo culpæ puniatur, & super hoc in Visitatione cubiculorum vigilent superiores. *Mon. C. Gen. 1647.*

6 Libri item extra Collegium non concedantur nisi de licentia Superiorum, notula item relicta in ipsamet Bibliothæca. Qui secus fecerit puniatur pęna tertij ordinis. *Ibid*

7 Curent superiores, vt in studijs, maxime humanitatis nullus liber adhibeatur ex quo moribus periculum aliquod imineat. Const. *Ibid.*

8 Curent eos libros adhiberi in vnaquaq; scientia, e quibus solidæ doctrinę tanquam e fonte hauriantur. *Ibid.*

Multitudinem librorum ab vsu discipulorum, amoueant. *Ib.*

9 Libri cuiuscumq; sint generis non edantur absq; licentia P. Gen. qui ex sententia virorum in eo genere eruditorum facultatem concedat, aut neget. De libris vero P. Gen. statuat eodem modo maior ex Assistentibus. *Ib.*

10 Manuscripta quæ vsui publico esse possint arbitratu Præp. localis seligantur, & in tuto seruentur.

tur. *Mon. Cap. Oen.* 1611.

11 Vnumquemque habere Bibliam Sacram penes se curent Superiores, & secum deferri discedentes e Collegio permittant, cõparatam sibi eleæmosynis piorum. *Ibid.* 1611.

LIBER BENEFACTORVM.

1 Horum memoriam acurate recolant superiores omnes, & Visitatores id recognoscant in suis Visitationibus. Formul. pag. 72.

2 Fundatores, & qui participes fuerunt Collegij fundandi recenseantur in hoc libro. *Ibidem*.

3 Item qui actione, officio, gratia, fauore per se, vel per alios de nobis sint benemeriti; ij quoq; qui admissi sunt ad participãdum merita vel Cong. vniuersæ, vel Collegij de Generalis concessione, si in idem Collegium benefici fuerunt. *Ibidem*.

4 Summatim exprimatur benefitij ratio quare memoria habeatur, & esse poterit, fundatio Collegij, extructio Capellæ, vel dos, hæredum institutio, legatum, donatio inter viuos, actio insignis, bibliothecæ vel Ecclesiasticæ supellectilis, annua eleæmosynarum largitio, gratis impensa pluribus annis opera Aduocati, Procuratoris, medici &c.

5 Tanquam leuis momenti excluditur summa minor quinquaginta aureis, vel res eiusdem prætij. *Ibidem*.

6 In vnoquoq; benefactore cõmemorando habeatur ratio temporis collati beneficij, non dignitatis personæ, aut quantitatis beneficij, nisi eodem tempore plura contulerit. Vbi merita multiplicarit, temporis ordo vbiq; seruetur, ita tamen, vt nouissimo loco de eadem alibi actum esse intelligatur. *Ibid*.

7 Elogio breui pro qualitate, & conditione personæ illustretur. *Ib*.

8 Hic porro liber optima, charta constet, & forma, optimòq; charactere, adhibita præfatione in principio libri. stylus æmuletur exempla Valerij Max. quoad fieri potest. *Ibidem*.

9 Idoneum ideò eligent in hanc Prouinciã Superiores. Si desit idoneus, exaretur vulgari lingua, quoad idoneo committatur; omninò autem ne quid scribatur in eo libro prius, quam Superior cum Discretis probarit. *Ibidem*.

10 Vbi hactenus in Collegijs nihil horum actum est, curent Superiores per illorum diligentiam, ex actis Collegij, & Capitulorum, colligere de Collegio benemeritos & opus exequantur, & vbi res imperfecta est, ad extremam manum reducatur ad formam hic descriptam. *Ibidem*.

V. V. Benefactor.

L E C T I O.

1 In quatuor anni temporibus vnà cum libris constitutionum legendæ sunt per horæ spatium Decla-

clarationes earumdem, quæ ad vniuscuiusque libri caput attinent. Vt autem apud nos vniformitas, etiam in hac re seruetur, in Aduentu legatur primus liber, in Quadragesima secundus, in Pentecoste tertius, & Septembri quartus. Si quid supersit vltra horam pro huiusmodi lectione statutam, legi poterit ad mensam in cœnaculo, cui vt adsint omnes collegiales, quoad eius fieri potest, Superiores curent, & quoties aliquid graue agendum est, de quo constitutio habeatur, ea constitutio coram ijs, qui interesse debent, legatur. *ex lib. 1. const. c. 1. §. cum quisque.*

2 Initio Aduentus in loco capitulari coram omnibus Collegij Sacerdotibus, & Clericis legantur Decreta Capitulorum Generaliũ, & Monita. Ea quoque quæ Italico idiomate ad Disciplinam spectantia, ab vnoquoque Capitulo generali edi solent.

3 Fer. 2. Dom. 1. Aduentus Decreta Sacræ Congreg. Concilij Tridentini de celebratione Missarum, ad mensam.

4 Eadem hebdomada Bulla Vrbani VIII. de eiectis, & Apostatis, item ad mensam.

5 Initio Aduentus, & Quadragesimæ coram omnibus Confessarijs Regulæ de officio Confessariorum. *ex form. De off. Præp. local.*

6 Constitutio, in qua de confessione generali sexto quoq; mense facienda habetur, nempe *lib. 2. c. 4. §. Cum autem*, legatur coram fratribus congregatis bis in anno: initio scilicet Aduentus, & in Quadragesima. *ex form. De off. Præp. local.*

7 In Festis Natalitijs, ad mensam, Benefactorum liber.

8 Mense Ianuario Formula scribendarum literarum.

9 Item Regulæ recreationis.

10 Fer. 2. Dom. in Albis Decreta, & Monita Capitulorum Generalium. Ea quoque, quæ Italico idiomate ad Disciplinam spectantia tradi ab vnoquoque Capitulo Generali solent, vti supra.

11 Fer. 6. post Pentecostem Formula exercitationum spiritualium, ad mensam.

12 Fer. 6. post octauam Corporis Christi iterum Decreta de celebratione Missarum, vti supra.

13 Deinde de eiectis, & Apostatis, vt supra.

14 Mense Iulio iterum formula scribendarum literarum.

15 Mense Augusto Fer. 6. post octauam Assumptionis B. V. in publica mensa, vel in Capitulo ad hoc specialiter conuocato; & insuper in quocumque Generali, ac Prouinciali Capitulo Superiores teneantur suos subditos commonere de obseruantia, & executione Apostolicarum Constitutionum, & Decretorum ad S. Officium Inquisitionis aduersus hæreticam prauitatem

tem

tem pertinentium. *ex Decr. Inquisit. Romanæ edito anno 1633. quod incipit. Sanctiss. Dominus noster.*

16 Eodem mense Regulæ recreationis.

17 Initio Octobris, & post octauam Paschæ Regulæ de officio Præfecti Casibus conscientiæ conferendis.

18 Circa finem Octobris iterũ formula exercitationum spiritualium, vt supra.

19 Vbi exercitationes scholasticæ habentur, legantur regulæ de studijs literarum post singulas studiorum intermissiones, hoc est in fine Autumni, post Natalitia festa, & post festa Paschalia coram Præposito, præsentibus discipulis, & magistris omnibus.

20 Regulę de disciplina eorum, qui e nouitiatu educuntur, legantur coram Præposito in fine Autumni, ante Quadragesimam, & post festa Paschalia.

21 Præterea vnusquisque initio sui officij formulam ad illud spectantem accuratè legere debet, nec non quoties id ab eadem præscribitur.

22 In Collegijs vbi tredecim sunt personæ, ordinarie legatur vsq; ad finem mensæ. Poterit tamen Superior certis tantũ diebus aliquid remittere, quando maxime lector mensæ fuerit occupatus præcipue Ecclesiasticis functionibus. In alijs vbi minor est numerus, seruentur illis in hoc genere præscripta. *Mon. Cap. Gen. 1620.*

23 Publice quoque legi curent Superiores nostri edicta Summi Pontif., Episcopi, & Inquisitoris, quando ab eisdẽ eduntur. *Ib. 1623.*

24 Formulæ officiorum, Cæremoniale, & quæ ad nostros attinent, legantur in mensa post Sacrã scripturam, ita ut quotidie semper aliquid de his legatur. *Ibid. 1638.*

25 Monita à Visitatoribus in Visitatione Collegiorum tradita quando mittuntur, & quando eadem legi decernunt.

26 Decretum contra ambitum quando legi debere præscriptum fuerit.

27 Patentes literæ Præpositorum, & aliorum Officialium.

LINTEARIVS.

1 Panni tantum qui sacrorum caussa sunt parati eius curæ non sunt. *Reg. Lintear.*

2 Habeat inuentarium suæ curę commissorum, apposito die, mense, anno, quo res comparatæ sint, rationem illorum in visitatione redditurus. *Ibid.*

3 Omnia in armario receptaculis distincto habeat generatim, & nihil omnino certis personis assignatum. *Ibid.*

4 Secunda quaq; feria pannos mundos Collegialibus distribuat, & sordidos recipiat consueto campanulæ signo præuio, nec aliquem ingredi cellam patiatur. *Ibid.*

5 Cuius-

5 Cuiusque vsui dentur, subucula, duo sudariola, par lineorum calceorum, singula hebdomada, & alternis hebdomadis caputiolum. *Ib.*

6 Sexta quaq; hebdomada dentur lintea munda ad cubandum; octaua verò ab initio mensis Octobris ad initium Aprilis. *Ibid.*

7 Sarcienda, & lauanda quæ dantur, numerato det, & recipiat, & in libello notet lintearius. *Ibid.*

8 Si quid dari extra Collegium contingat cum Superioris licentia, id notetur. *Ibid.*

9 Quæ inutilia redduntur ostendat Vicario, vt deliberet de illis. *Ib.*

10 Ad formam præscriptam, tam colaria subucularum, quam alia reddantur. *Ibid.*

11 Sudariola sine filamentis, globulis, aut alijs ornamentis sint. *Ibidem.*

12 Caligas ex lineo panno, aut fustaneo subtus laneas, ne cui det sine Superioris concessu. *Ibid.*

13 Officij sui regulas seruet, & legat tertio quoq; mense. *Ibid.*

V. V. *Vestitus.*

LITTERÆ.

1 Nemo literas ad aliquem det, aut ab alio acceptas aperiat, antequam eas Superiori ostenderit: & qui reddendas accipit, prius ad Superiorem deferat, quam ei reddat, ad quem datæ sunt. *Const. l. 2. c. 1.*

2 Idem intelligatur de literis apertis, non obsignatis; qui secus fecerit, grauiter puniatur. *Decr. Cap. Gen. 1620.*

3 Non intelligitur tamen de Procuratore. Gen. respectu literarum à quouis acceptarum in Collegio Romano, vbi degit, neque de quouis alio respectu literarum, quas à Præposito Gen. sibi missas esse quis comperiet. *Decl. Const. 1582. Ibidem.*

4 Neq; respectu liter. datarum illi, qui tempore Cap. Gen. supplet vices Procuratoris Gener. *Mon. Cap. Gen. 1629.*

5 Neq; de literis datis Assistentibus, aut ab his acceptis, vel datis illi, aut ab illo acceptis, qui aliquando fuerit Generalis. *Dec. Cap. Gen. 1582. 1629. 1647.*

6 Ad PP. Cap. Gen. durante Capitulo dari possunt literæ, quæ deferantur ad Præsidem Capituli de more ostendendæ, non autem legendæ à Superioribus Collegiorum vnde mittuntur. Si quis respondere velit, vtatur sigillo adhunc vsum destinato, in Cancellaria P. Gen. asseruando, vt ij tantum, ad quos mittuntur, eas aperire possint. *Ibidem 1602. 1638.*

7 Literæ ad Visitatores, Procuratorem Generalem, & Prouinciales, quoad suos subditos, ne aperiantur nisi ab eo ad quem missæ sunt. Idem fiat de illorum literis quo ad supradictos cum proprium sigillum appositum est. *Ibid. 1605. 1611. 1644.*

8 Præter excommunicationem latæ sententiæ Præp. Gen. reseruatam, pæna decreta est priuationis vocis actiuæ, & passiuæ ipso facto incurrende cum inhabilitate ad dignitates à solo Cap. Gen. dispensanda, & carceris ad arbitrium P. Gen., tàm scribentibus literas vel supplices libellos nominibus, vel verbis fictis vulgo Zifre, vel inscriptione, vel subscriptione itẽ fictis vel sine subscriptione, quando in eis graue aliquod detrimentum inferatur, toti Congr. vel alicui Collegio, vel personæ; quàm alijs, auxilium, seu consilium, vel fauorem præstantibus, vel quocunque modo complicibus; ijs etiam qui de illis quamcunq; habent notitiam, & statim non denunciant Superioribus. Sed quando nullum inferatur detrimentum, sed sola frandatur obedientia, puniantur pro modo culpæ. *Ibidem 1632. 1623.*

9 Ab omnibus Superioribus animaduertatur in eos, qui deprehenduntur ab vno ad aliud Collegium, vel etiam ad extraneos detractiones scribere, siue apertis siue incognitis verbis. Prima vice communibus cibis priuentur per aliquot dies solo pane, & aqua contenti. Secunda, in cubiculo includantur octo, vel quindecim diebus solo itẽ pane, & aqua castigati. Qui item detractiones recipiunt, easq; minime denuntiant Superiori, ijsdem subijciantur pænis *Ibid. 1632.*

10 P. Generalis, & Prouinc. cautè, & prudenter se gerant in admittendis querelis, quæ contra Superiores locorum à subditis scribuntur. quos falsas scripsisse comperterint, seuerissime puniant. Eodem modo procedant contra Superiores locorum huiusmodi falsas querelas in subditos scribentes. *Ibidem 1632.*

11 Præp. & Superiores locorũ literas omnes omninò legant, quæ scribuntur à suis Collegialibus: & ab alijs acceptas aperiant, & videant, neque dissimulent quæ corrigenda notarint. Inuigilent item ne ijs inconsultis literæ dentur, vel accipiantur. *Mon. Cap. Gen. 1623.*

12 Habeat quilibet itinerans literas sui Superioris commendatitias, sine quibus in nostris Collegijs ne recipiatur. *Const. l. 2. c. 1.*

13 Literis testatum sit quidquid communiter nomine Capituli localis in Cap. Gen. referendum est. *Const. l. 4. c. 2.*

14 Non prohibetur, quin vnusquisque possit litteras scribere ad Cap. Gen. aut ad aliquem ex congregatis de quibus velit, ijs seruatis de quibus supra. *V. Cap. Gen. Ibidem.*

15 Congregari extraordinarie per literas potest Cap. Gen. re exigẽte, sed quomodo dandæ, & expectandæ responsiones, &c. de his plura. *Vide Ver. Cap. Gen. Ibid.*

16 Solus

16 Solus Procurator Gen. literas à S. D. N. pro Congr., Collegio, vel persona impetrandas, & quidquid cum Protectore sit agendum, procuret. *Const. l. 4. c. 15.*

LITTERARVM scriptio ex officio.

1 Exerceantur Adolescentes maxime vacationis tempore, etiã cum ad alia studia ab humanioribus literis translati fuerint, scribẽdis ad alia Collegia pijs epistolis. *Reg. de stud. lit.*

2 Præter casus in regulis istis exceptos, quæcunque contigerint, vniuersa ad Prouinc. deferẽda erũt. qui cum Generali, quæ grauia incident communicabit. *Reg. de lit. scrib. & C. l. 4. c. 16. 17.*

3 Qui in missionibus sunt, bis in mense si fieri potest scribant ad Prou. vel localem Superiorem cui forte subsint, de ijs quæ accidunt. *Form. eorum qui cum in Mission.*

4 Præp. & Superiores locorum singulis mensibus de statu sui Collegij, & de personis sibi subditis, scribant ad Prou. si quid opus, & & de ijs quæ grauia incident eum consulant. *C. l. 4. c. 17.*

5 Item non solum quę inter nostros, sed quorum erga extraneos ministeria à nostris fiunt, tàm quæ bene, quàm quæ male se habent. *Ib.*

6 Tertio quoq; mense scribant ad Generalem, & præterea, si quæ alicuius momenti accidant, quæ illum scire expediat, etiam facta sint Generali approbante. *Ib.*

7 Potissimum illa scribant, quæ Prouincialis admonitus vel non prouidit, vel prouidere nequiuit. *Ibidem.*

8 Discreti Collegiorum sexto quoq; mense de statu Collegij plene scribant ad Prou. ad formam præscriptam. *V. litera discretorũ*

9 Scribant etiam ad Prou. & ad Generalem, si quis Præp. vel Superior moriatur, reddatur inhabilis, vel in crimen incidat. *Ibidem.*

10 Præp. vbi sint scholæ, bis in anno scribant ad Prou. de vniuscuiusque progressu, tàm in litteris, quam in moribus, & mense Augusto scribant ad Gener. suum iudicium de studentibus.

11 Præfecti scholarum sæcularium scribant ad Prou. de illarum statu, Magistris, Discipulis, tertio quoque mense; ad Generalem bis in anno, ineunte Martio, & sub fine Iunij.

12 Idem præstent Magistri eorum qui e Nouitiatu recenter educti sunt, ijsdem temporibus, & ad eosdem datis literis, de moribus, & scientia singulorum. *Ibidem.*

13 Prouinciales singulis mensibus édoceant Generalem de statu suæ Prou. & cum eo communicent quæ grauiora incident; nisi etiam graui negotio vrgente, extra hæc tempora scribere oporteat. Ita autem minutatim scribant, vt suæ Prou. & singulorum suo-

suorum Collegiorum statum; & omnium item personarum cognitionem plenissimam habeat Præp. Generalis. *Ibid. & form. Prou.*

14 Prouincialium Consultores bis in anno, Februario 5. & Augusto mense, separatim scribant Generali de statu totius Prou. ad formam, *in formul. pag.* 50.

15 Procurator Gen. frequenter de rerum, & negotiorum, quæ ad Congr. seu Collegia spectant, qualicunque statu, scribat ad General. *Ibid. & Const. l.* 4. *c.* 15.

16 Visitatores Gen. & Prouin. & eorum socij, si qui forte Superiorum auctoritate extraordinariè delecti sunt, visitatione peracta, de statu singulorum Collegiorum, ac personarum, ad Gener. statim scribant ad formam præscriptam. *in formul. pag.* 13.

17 De obitu nostrorum scribant hi.

18 Præp. de sui Collegialis ad omnes Prouinciæ Superiores, & ad Prou. aliarum Prouinciarum, qui exinde Superiores suæ Prou. per litteras statim admonebunt. *Ib.*

19 Idem Præp. etiam scribat ad Gener. ex conuenientia.

20 Moriente Præp. sui Sup. loci, primus discretus scribat ad supradictos. *Ib.*

21 Moriente Prou., eius Consultor antiquior Profess. admoneat Gen., alios Prou. & Superiores propriæ Prou. *Ib.*

22 Moriente Assistente, scribat Gen. ad omnes Prou. qui ad alios Superiores. *Ib.*

23 Moriente Generali, maior Assistens scribat ad omnes Superiores totius Congregationis.

24 Ad Cap. Gen. deferantur in scriptis Acta insigniora Collegiorum, quæ toto triennio contigerunt ad formulam, in formular. pag. 66. & subscribantur à Præp. Discretis, & Cancellario, cui hoc scribendi munus incumbit, nisi aliud Præposito, & Discretis videatur. *Ib. circa Dec. Cap. Gen.* 1611. & 1623.

25 Sine litteris commendatitijs nullus recipiatur in alijs Collegijs. Quod æquè cum omnibus seruandum est omnino. *Ib.*

26 Si aliquis in aliquo Collegio moraturus sit, ea de re literas quoque habebit. *Ibid.*

27 Formulas litterarũ pro iter habentibus, vide in formulario *pag.* 46. 47.

LITTERÆ CAPITVLARES.

1 Litteræ Capitulares quæcunque siue datæ ad Gen. siue Prouincialem scribantur in folio more aliarum litterarum, non tanquam patentes, & prima quidem sub vltima linea immediate, à capite linee subscribantur à Præp. adiectis nomine, cognomine, & titulo Præpositi; deinde à Cancellario ferè in extremo folio ex alia parte expressis nomine, cognomine, & officio.

ficio. *Ex Regulis Generalibus*.

2 Omnium,& singulorum,quorum in litteris Capitularibus fit mentio,scribantur nomina, cognomina, officiorum, & dignitatum tituli. *Ibidem*.

3 Datæ nomine Capituli latinè exarentur, & tam istæ, quàm omnes subscriptæ cum titulo Præpositi, scribat Cancellarius sua manu.

4 Deficiente Cancellario subscribat alius electus à Superiore, titulo Procancellarij. *Ibid.*

LITTERÆ CONSVLTORVM Prouinc.

1 Prouincialium consultores saltem bis in anno scribant ad Generalem, initio Februarij, & Augusti, sincere tamen, sine humano affectu, ex mera charitate, totum Prouinciæ statum, & hunc cognoscere studeāt ex ordinarijs,& extraordinarijs cōsultationibus maxime quę habentur de regulari disciplina 4. anni temporibus, litteris maxime Discretorū, & bene noscant Const. Decreta, ordinationes, & monita, Visitationes, & si quid contra hæc peccetur, scribant, *Formul. Liter. Consult.*

2 Quæ scripserit vnus ignoret alter. *Ibidem*.

3 Scribant de personis, & rebus totius Prou.tā bene quā male actis.

4 De Prouinciali, an suorum subditorum maxime discretorum litteras ad bonum Prouinciæ, vel Cong. pertinentes coram Cōsult. legat. an. 4. anni temporibus consultationes habeat: an in grauioribus cum ipsis communicet; admonitus prouideat, nec ne; in quibus, & quare tum ille, tum ipsi dissentiant: in visitationibus vti se gerat: quomodo regularum disciplinam, virtutem,& eiusdem studiosos promoueat, & delinquentes castiget: an ordinationes, regulas, consuetudines abroget, vel nouas inducat: an exemplo sit alijs: an in aliquo moderatione indigeat. *Ib.*

5 De Præpositis, & Superioribus localibus; quibus occupentur: quæ administratio, quæ in Cong. propensio, quæ studia, qui mores cum extraneis.

6 De officialium electione, an fiat ad præscriptum: & Augusto mense primus consultor notulam transmittat Vicariorum,Confessariorum ad nostros deputatorum, Discretorum,Procuratorum, Cancellariorum, Præfectorum exercit. spiritualium cuiusq; Collegij suæ Prou.Mense vero Februario eorum tantum, qui intra sex menses elapsos mutati fuerint. *Ibid.*

7 De discretis, an bis in anno scribant ad Prou. an plenè; an zelum habeant disciplinæ regularis. *Ibidem*.

8 De Procuratoribus, an rationes dent,quiq;mores domi,& foris.

9 De Operarijs,an opus in Prouincia.

10 De Concionatoribus quo-modo

modo se gerant, & an monendi.

11 De Confessarijs an bene suo muneri satisfaciant.

12 De Adolescentibus, quomodo in studijs versentur, anq; promouendus aliquis, vel remouendus à Sacris Ordin.

13 De omittentibus exercitationes spirituales annuas.

14 De Nouitijs. An recipiantur ad formulam: quæ illorum ætas, natalitia, pietas, litteræ; si conuersi, quæ illorum ars, vires, & si pauci quomodo queant augeri. *Ibidem*.

15 De studijs litterarum. An eorum regulæ seruentur; quæ nouitiorum separatio ab alijs, quæ virtus, quod ingenium excellens. *Ib.*

16 De Scholis laicorum. An Præfecti trimestres literas dederint ad Prou. & satisfaciant suo muneri; an quomodo se habeant Magistri, & Discipuli; an alicui malo occurrendum. *Ibidem*.

17 De Conuersis. De cultu suarum regularum, & illorum cura, & non admissi ad habitum quomodo proficiant. *Ibidem*.

18 De ægrotis & carceratis, an visitentur, & prouideantur. *Ibidem*.

19 De Defunctis, si quod vel in vita, vel obitu præclarum gesserint. *Ibidem*.

20 De alijs ministerijs erga proximos, an recte, & cum fructu exerceantur; & consuetudines à nostris regulis alienæ inducantur. *Ibidem*.

21 De Collegijs. Quomodo ad perfectam formã, si non sunt, reddi possint; numq; alicuius fundandi, vel habendæ missionis ocasio se offerat. *Ibidem*.

22 De bono Congreg. qui in eam magis, vel minus propensi, maxime Prælati, & Principes.

23 De bonis Collegiorum scribant vt faciunt discreti.

24 Hæc attingant vel omnia, vel præcipua; significantes tamen sibi in reliquis nihil suppetere quod scribant, vt Generalis acquiescat. *Ibidem*.

LITERÆ DISCRETORVM.

1 Sexto quoq; mense, Ianuario, & Iulio scribant ad Generalem vel Prou. (etiamsi degant in eodem Collegio) sincere, & cum zelo Dei honoris, de statu Collegij, de conseruatione regul. disciplinæ. *formul. lit. scrib.*

2 Id faciant separatim alter ab altero etiam extra hec tempora ita vt alius Discretus ignoret quod scribat alter. *Ibidem*.

3 Scribant etiam tam quæ recte, quam quæ male habentur.

4 De regulari obseruantia, maxime Const. *lib. 2. & 3.*

5 Et formularum officialiũ, ad particularia descendendo; de illorum conuentu alternis hebdomadis an habeatur.

6 De vsu Decret. & Monit. Cap. Gen.

Gen. & Visitatorum.

7 De spiritualibus exercitationibus, si quis, & quare illas omiserit.

8 De separatione nouitiorum ab alijs.

9 De capitulis habendis conuersis, & meditationibus eorumdem, anq; redeant ad Collegium destinati ad prædia.

10 De fũctionibus Ecclesiasticis.

11 De officio Confessariorum, & concionatorum recte habito.

12 De Christiana Doctrina, Missarũ obligationibus, Horis Canonicis, maximè nocturnis, Sacramentorum vsu, populi concursu, Laicorum Congregationibus, diuino cultu, Missionibus habendis, promouendis ad ordines, & Ecclesiasticis fũctionibus, an inquã recte habeantur, & quid in eis prouidendum sit. *Ibid.*

13 Item, de studijs litterarum, Magistris, discipulorum progressu defectuue, & causa, deque his remouendis ob defectum si quis est. *Ib.*

14 His addant, de conferentia casuum bis in hebdomada habenda, anq. parati omnes accedant: de commodis temporalibus, grauamine æris alieni, cultu agrorum, diuturnis sumptibus, inchoatis ædificijs, ministrorum solicitudine in prouidendis, executione notularũ de victu, & vestitu, ratione reddita per Procuratorem, litium statu, numero Collegialium pro viribus, de rebus à secularibus acceptis notatuq; dignis, bona domi, forisq; fama, ad particularia quoq; si opus est, descendendo. *Ibid.*

15 Quidquid notatione dignum semestri præterito acciderit, etiam si ab alijs intellexerit Prouincialis, tamen suggerere non desistat. *Ib.*

LITTERÆ DIMISSORIALES.

1 Ordinandi deferant secum cum litteris Præp. localis literas etiam delegationis siue Prouinc. siue Generalis ad recipiendam fidei professionem & insuper instrumenta ordinum præcedentium, pro locorum consuetudine. *ex formul. pag. 39.*

2 Si multi suscepturi sunt eundem ordinem, omnes complecti possunt sub ijsdem literis; secus si diuersos ordines. *Ibidem.*

3 Procurent etiam deferre secũ testimonium Vicarij Generalis affirmantis Episcopum suum vel abesse, vel sacras ordinationes eo tẽpore non habiturum. *Ibidem.*

LITTERÆ VISITAT.

Prou. & Sociorũ in Visitatione.

1 Hi omnes non modo procurent confirmationẽ suorũ Decr. seu monitorum à Præp. Gener. sed & eidem statum Collegiorum ac personarum aperiant. *in form. lit. &c.*

2 Notulam conficiant omnium Collegialium, adiectis agnomine, ætate, patria, viribus, annis in Congreg. transactis, ministerijs habitis, & quæ in præsentiam exercent, dotes, conditionem, naturam inge-

ingenium, aptitudinem, præcipua talenta, &c.

3 De Superioribus quoq; scribant, in quibus probētur, deficiant, idemque de alijs officialibus, præcipue de Cancellario eiusque officio recte præstito, & libris ad regulam ordinatis. *Ibidem*.

4 De ordinationibus, monitis, Decretis præcedentis Visitationis executioni mandatis. *Ibidem*.

5 De exacta votorum obseruātia, & si qua in re in his deficiatur, videant an scripto parcendum, & ore referendum. *Ibidem*.

6 De retenta regulari, & domestica disciplina, de horis canonicis, & earum tempore seruato, mētali oratione, collationibus spiritualibus, Capitulis culparum, exercitationibus spiritualibus, casuum conferentijs, & Discretorum, charitate, concordia, conspiratione in Superiores, anque expediat aliquē alio transferri, vel addi. *Ibidem*.

7 De infirmis, Valetudinarijs, senibus, hospitibus cum charitate, & regulari modo tractatis. *Ibid*.

8 De studijs literarum, illarum, progressu, defectu, remedio.

9 De ministerijs erga proximos, Concionibus, Congre. Laicalibus, Doctrina Christiana, publicis exercitationibus, oratorijs, missionibus, Episcopalibus muneribus iniunctis, quomodo hæc omnia recte habeantur.

10 Doceant qui Ciuium, & optimatum sensus in Collegium; item de temporalibus, ære alieno, & his similibus; quid instaurandū, dirnendum, fabricandum, & hæc non tàm voce, quàm scripto mandent locorum Superioribus, à Præposito Gen. si ita placuerit, confirmandum. *Ibidem*.

11 Transmittant rationem dati & accepti, à Procuratore, & discretis firmatam, ad Gen. Præpos. *Ibidem*.

12 Tandem vt plene suum munus impleant, legant formulas in hac materia præscriptas Discretis, & Consultoribus. *Ibidem*.

LITTERARVM SERVATIO.

1 Literarum summam quæ à Generali, Prouinc., & a Proc. Gen. de negotijs Congreg. dantur, seruent in registro Cancellarij, Generalis, & Prouincialis, idemque præstet Proc. Gen. *Ex formul*.

2 Earundem maioris momenti exemplum seruent apud se prędict. Omninò, quæ à Discretis, Prouinc. & Visitatoribus pro informatione status Collegiorum, & Prouincialium mittuntur, in proprijs locis contabulationum, & armariorum, & insuper aliæ quæ causa negotiorum vsui esse possunt ad quos mittuntur. *Ibidem*.

LITTERARVM MATERIA.

1 In literis datis ad Gener. vel Prou. in quibus agitur de negotijs Congreg., alia ne misceantur, vt asseruari possint; sed vel in folio

sepa-

separato, vel in schedula seorsim scribantur. *Regul. scrib. liter.*

2 Quæ continent negotia cum Præp. Gen, & ad eundem, & non ad alios destinentur, vt cum ipso agant. Scribi quidem ad alios poterit pro citiori expeditione. *Ib.*

3 Nullus postulet sibi concedi à Generali quod sibi negatum est à Prou. nisi facta mentione de eo quod actum est cum Prouinciali, & multo magis obseruetur, si quis à Prou. exquirat quod à Generali negatum est. *Ibidem.*

4 Rumores, neque ioci, inania verba, & id genus alia impertinentia, detractiones, relationes eorum quæ officere maxime alicui ex Superioribus locorum possunt, longè valeant à literis nostris. *Ibidem.*

5 Depræhensi delinquẽtes grauiter pro modo culpæ puniantur. Superiores vero, retentis literis se se inuicem moneant, quo seuerius subditi delinquentes puniãtur. *Ib.*

6 Ostensis literis Superiori, nihil eo inconsulto præterea addatur. *Ibidem.*

LITTERARVM FORMA.

1 Ad Præp. Gen. & Prou. siue Capitulares, siue Præpositi, aut aliorum, omnes scribantur in folio more communi literarum, non autem tanquam patentes. *ex Reg. Gener.*

2 Pro ordinandis ad examinatores Episcoporum dandæ, & pro iter agentibus, in folio transuerso more patentium literarum. *Ibid.*

3 In inscriptionibus quæ fiunt in initio literarum seruetur apud nos ratio titulorum vsitata, & cum secularibus, siue Ecclesiasticis habebeatur ratio conueniens qualitati singulorum. *Ibidem.*

4 Omnium, & singulorum nomina, cognomina, officiorum, & dignitatum tituli, scribantur, si eos habeant, quorum in literis Capitularibus, & alijs de publicis negotijs fit mentio. *Ibidem.*

5 Omnes, quæcunque sint, literæ Capitulares à Præposito sub vltima linea immediate, à capite lineæ expressis nomine, cognomine, & titulo Præpositi subscribantur. Idem faciat Cancellarius ferme in extremo folio ex alia parte, expressis nomine, cognomine, & officio. *Ibidem.*

6 Absente Cancellario, vel alio qui subscribere debeat, alius ad arbitrium Superioris localis subscribat, his verbis *Pro Cancellario, Pro Discreto &c.* idemque seruetur in Collegijs minoribus ab ijs, qui vices gerunt Discretorum, & Cancellarij. *Ibidem.*

7 Literæ datæ nomine Capituli, latine exarentur. *Ibidem.*

8 Omnes literas, quas Præp. subscribit titulo Præpositi, Cancellarius Collegij sua manu scribat, sed prius attente legat quæ formulis præmittuntur, & Præp. eas ne subscribat, nisi fuerint ad formulas

N exa-

exaratæ. *Ibidem*.

7 Discreti, Consultores, Visitatores, quiq; debent ex officio scribere litteras bene aduertãt ad formulas cuique præscriptas. *Ibid.*

10 Falsa inscriptione, subscriptione, notis incognitis, vel alia fraude qui literas dederit, quæ graue detrimentum Congregationi, seu personis eiusdem afferre possint; ipso facto innodabitur excommunicatione Præposito Gener. reseruata, & præterea punietur alijs pœnis corporalibus eiusdem arbitrio. *Decr. Cap. Gen.* 1623.

11 In folio dimidiato scribantur literæ ijs, quibus non datur titulus Reuerendi; nisi negotij prolixitas secus exigat. *Regul. de scrib. lit.*

12 Caractere vtantur intelligibili, præsertim cum scribunt nostri Superioribus, & breuiori stylo. *Ib.*

13 Initio literarum scribant in ipsamet linea prima, si ad P. Gen. Vicarium Generalem, aut Præsidem Capituli: *Benedicite Pater*.

14 Si ad Assistentes, Visitatores, Procurat. Gen. Prou. Præpositum, seu Superiorem proprium, ab ijs, qui prædictis omnibus inferiores sunt, *Benedicite*; & idem præstent Præp. locales, Rector Pœnitentiariæ, & locorum Superiores quando scribunt proprio Prou. cum alijs quibuscunque de nostris scribitur; *Pax vobis*, & item, cum sibi inuicem scribunt Assistentes, Visitatores, Proc. Gen., Prouinciales, Præpositi, & locorum Superiores, nisi hi scribant proprio Prouinciali. *Ibidem*.

15 Cum scribitur ad seculares; supra primam lineam scribatur titulus de aliorum more, addita voce *in Christo*, & in prima linea *Pax Christi*; modo non sint Cardinales, & Episcopi, tunc enim moris est ea verba non exprimere.

16 Idem seruetur in subscriptionibus litterarum quæ ad sæculares dantur, seruato quoque more laicorum. *Ibidem*.

17 In literis quæ ad nostros dãtur, cum incidit mentio alicuius ex nostris, ne alio, quam proprio nomine nominẽtur, nisi fuerit P. Gen. P. Præses, P. Prouinc. P. Præpositus, Rector, Superior loci, & P. Vicarius; hi enim, vt voce, ità & scripto ijsdem titulis nominari possunt. *Ibidem*.

18 Idem dicendum de P. Vicario Generali, quod nomen non debetur alicui, nisi defuncto Generali, vel reddito inhabili; nam viuẽte illo, licet extra fines Prou. Lombardiæ visitante, qui eius loco substitutus est, dici debet Vicarius P. Generalis, non Vicarius Generalis. *Ibidem*.

19 Nomen Paternitatis debetur tantum Generali, Vicario Generali, & Præsidi Capituli. *Ibidem*.

20 Reuerentiæ nomen non nisi Sacerdotibus vsq; ad Clericos exclusiue; his vero ad summum, charitatis,

ritatis, debetur. *Ibid.*

21 Subscriptio in literis quæ ad nostros dantur fit in calce illarum, quæ finiri debent absq; vlla cæremonia sed sola præcum vtrinq; fundendarum significatione. Subscribitur autem solum nomen simplex, & cognomen, immediate sub vltima linea.

22 In literis quæ ad sæculares, seruetur mos laicorum, & addatur verbum illud *in Christo*. *Ib.* modo non sint Card. & Episcopi ad quos scribitur, vt sup.

23 Litteræ cum subscriptione multorum, & item libelli supplices, vulgo *Memoriales*, ne fiant (nisi sint litteræ capitulares seu patentes, & in receptione nouitiorum, quæ dãtur secundò, vt moris est.) nisi quis omnium nomine facultatem hac de re impetrarit ab ijs, ad quos litteræ sunt dirigendæ, singillatim autem suam quisq; sententiã dicat. *Ib.*

24 Literarum quæ grauia negotia continent, si periculum immineat, ne amittantur, fiant bina exemplaria. *Ibidem*.

25 Sigilla eiusmodi adhibeantur, videlicet. Communia omnibus vsq; ad Præpositos inclusiue sint non maiora vngue circiter minimi manus digiti, cum Cruce tribus super monticulis, & litteris hinc inde P. A.

26 Prouincialium sit vnum pro literis priuatis ad non subditos, & sit vulgare vt supra. Aliud pro sibi subditis, & sit paulo maior vulgari, cum dimidiata imagine S. P. & litteris sub ea consuetis ad indicandam prouinciarum distinctione. *Ib.*

27 Assistentes, Visitatores, Procurator Generalis vnico vtantur sigillo paulo maiore, quam commune cum dimidiata imagine S. P. & literis sub ea solitis ad distinctionem officiorum: A. G. V. G. P. G.

28 Generalis duplex habeat sigillum. Vnum quo vtatur cum suis subditis, & personis vulgaris conditionis, & gradus, & sit cum integra imagine S. P. & circa eam, litteris *Cong. Cler. Reg. S. P. Apost. Decol.* & sit longe maius communi. Aliud sit pro literis ad optimates paulo adhuc maius cum integra imagine S. Pauli, & literis circumductis, vt supra. *Ibidem*.

29 Collegia sigillum adhibeant formæ minoris, quam sigilla Prouincialium, quibus ij vtuntur in literis patentibus, cum verbis Collegium S. N. & cum nomine loci; sed Collegia S. Paulo dicata, habeant dimidiatam illius imaginem cum verbis vt supra. *Dec. Cap. Gen. 1620.*

30 Suprascriptiones fiant P. & Vicario Generali, ac Præsidi cum titulo Adm. Reu. Assistentibus, Visitatoribus, Procurat. Gen. Prou. Præp. Superioribus, Rectoribus & ijs qui semel fuerint Generales, cũ titulo Reuerendi; alijs Sacerdotibus cum simplici titulo, Patris. Cle-

ricis, demitur nomen Patris; Conuersis præmittitur nomini aliud, fratris. *Vide hæc per extensum in formul. vbi supra, & Dec. Cap. Gen. 1623. 1635.*

31 In litteris laicorum seruetur gradus, & dignitas singulorum, adiecto verbo *in Christo* cum moderatione vt supra.

32 Quæ literæ secretum continent, & soli Generali communicandæ videntur, separatim scribantur ab alijs rebus, & à tergo addatur *Soli*, & alia carta inuoluantur, quæ ordinariam habeat inscriptionem; non vero in alio casu, nisi cum inuoluitur fasciculis, vel ad Principes, & Prælatos est scribendum, reuerentiæ ergo. *Ibidem.*

LITTERARVM asseruatio.

1 Cancellarius Præp. Gen. & Prouincialium; Procurator item Generalis apud se in registro asseruet summam illarum, quæ scribuntur a Præp. Gen. Prouincialibus, Procuratore Generali, de negotijs Congregationis. *Ibid.*

2 Supradicti quoq; asseruent quæ maioris sunt momenti. Omninò autem quæ à Discretis, consultoribus Prou. & Visitatoribus, pro informatione status Collegiorum, & Prouincialium mittuntur, & item aliæ, quæ vsui esse possunt negotiorum causa, iudicio eorum, ad quos dantur. *Ibid.*

3 Bis in anno legantur regulæ scribendarum literarum corã omnibus Collegialibus, initio Ianuarij, & Iulij, & Superiores locorum eas obseruari curent. *Ibid.*

LOCVTIO.

1 Quid, quomodo, quando loqui expediat, diligenter attendatur. Otiosa, scurrilia, libera, sonora, pugnacia, detractoria verba, alienæ famæ preiudicialia, sæcularia, omnino deuitentur. *Const. l. 2. c. 14.*

2 Tempore Aduentus, & Quadragesimæ parcius loquendum. *Ib.*

3 Statim horis, & locis silentium omnino seruetur, nec sine facultate, & necessitate violetur. *Ib.*

4 In sermonibus cum sæcularibus à quibus conueniuntur, habendis, vanitatem, & omne peccatum caueant nostri, sed omnia conuertant ad salutem animarum, & proximorum ædificationem, & diligenter abstineant ab alienorum institutorum censura. *Ibid. & Reg. reseruat.*

5 Materia collocutionum inter nostros, seruetur ad præscriptum editæ tabellæ.

MINISTER AB EXPENSIS.

1 In suo officio, Vicarij arbitrium sequatur, & hoc vel Præposito inconsulto, nihil, quocumq; mandante, emat. *Reg. off. Disp.*

2 Neq; si Procurator mandet, & aliud Præp. vel Vicarius velle intelligat. *Ibid.*

3 Pecuniæ summam à Procuratore

tore acceptam in libro distinctè notet, in quo, & res in quas erogat, quantitate, qualitate, prætioq; expresso; sed cibarias ab alijs separatas in libello, qui vbi completus, tradatur Cancellario seruandus. *Ib.*

4 Bis in hebdomada accepti, & expensi rationē Procuratori reddat, vtaturq; alterius opera à Superiore electi, si nesciat scribere: sed quotidiani sumptus notationē prius Vicario recognoscendam, & per singulas paginas subscribendam tradat. *Ibidem*.

5 Cuiusq; rei gratia, ne modicam quidem pecuniæ summam, præter præscriptum sumptum, expendat. *Ibidem*.

6 Non nisi necessariam rebus comparandis pecuniam secum deferat. *Ibidem*.

7 Foris facienda aut dicenda, ab alijs collegialibus sibi mandata, Superiori exponat, & eius voluntatem sequatur, nisi de leuibus agatur, & Superioris voluntas præsumatur; ideq; præstet in ijs quæ Collegialibus nuncianda acceperit. *Ib.*

8 Literas omnes acceptas Superiori deferat, nec quidquam alijs significet. *Ibidem*.

9 A nugis, cauillationibus, contentionibus, etiam ad ea consequēda, quæ iuste debentur, abstineat, & tertio quoq; mense officij sui regulas legat. *Ibid.*

MINISTER ÆGROTORVM.

1 Obediat Præfecto Valetudinarij, & eo ignaro ne quid faciat. *Reg. Min. Ægrot.*

2 Assiduus maxime sit in periculo constitutis, quo casu ardeat noctu lampas in eorum cubiculis: adsit cum Præfecto aduenienti medico, & huius rationes præscriptas obseruet, & clarius adhuc à Præfecto percipiat. *Ibidem*.

3 Saltem vniuersè quæ ad ægrotorum curationem faciunt cognoscere studeat: aquam coctam solum ipse faciat, reliqua medicamentario relinquat. *Ibidem*.

4 Stata hora paranda in promptu sint: si quid noui acciderit ægroto, ad Præfectum deferat: excrementa seruet medico distinctè ostendenda: ostensis illis, purget vasa, & suo loco reponat: emenda ... optima sint, & cito habeantur; cōponenda sub horam componi curet, ne diu compositæ minuantur: occurrat ratione aliqua offensioni gustus, odoratus &c.: munditiā in cibis, cubiculis, & cubilibus ægrotorum affectet: vas vel pannum ad expuendum paret, ne solum fœdetur. *Ibidem*.

5 In ægroti cubiculo sternat mensam mappa munda ad reponenda poma, vasa, & eiusmodi: parentur scabella pro medico, & inuisentibus ægrotum; arcam ad aliqua recondenda; situlam, arcū cum vase ad aluum leuandum, campanulam. *Ibidem*.

6 Accipiat à linteario & reddat

dat numerato quibus indiget: culcitras agitet sæpe; ramos, herbas, flores suppeditet, & idonea ad malum odorem expellendum quæ ægroto non officiant; Et totum valetudinarium mundum eadem ratione seruet. *Ibidem*.

7 Hilari vultu, prompto obsequio, charitate, beneuolẽtia ægrotis satisfaciat. *Ibidem*.

8 Mane facultatem loquendi pro illis petat. *Ibidem*.

9 Prouideat, ne fastidiosa collocutione grauentur infirmi, nec somnum, aut quietem illorum quiquam perturbent. *Ib.*

10 Spectantia ad vsum cubandi, vel vestiendi seruet diligenter, & munda, vt de alijs rebus collegij seruari solet. *Ibid.*

11 Armarium aptum habeat in quo ad vsum veletudinarij spectantia seruet, custodiat, sed quæ sordidiora sunt habeat in alio loco separata, & huiusmodi suppellectilis indicem habeat, addetq; vel minuet prout opus fuerit. *Ibid.*

12 Initio sui officij legat suas regulas, & præterea &c.

MVNDITIA ad cult. diu.

1 Bis annis singulis vniuersa Ecclesiæ, & sacellorum superficies interior, à solo ad fastigium emundetur, idemque præstetur in facie Ecclesiæ si opus sit. *Reg. Mundit.*

2 Sculptum, fictum, cælatum, auratum, scopulis mollibus tractetur. *Ibidem*.

3 Saltem bases columnarum, vasa aquæ benedictæ, gradus, cancelli, tabulæ sepulchrorum, mensæ altarium non consecratæ, sacrarij pars exterior, labra ad manus lauãdas, omnia lapidea tàm in Ecclesia, quàm Sacristia, mundentur ad formam præscriptam. *Ibidem*.

4 Singulis mẽsibus, si fieri potest mundetur pars interior Ecclesiæ, & capellarum, quantum homo stãs facere potest scopula longæ perticæ alligata pertingente; si fieri potest etiam ad superiorem partem capellarum: anguli quoq; omnes, scamnis, bradelis suppedaneis altarium remotis, si commode possit. *Ibidem*.

5 Quæcunq; item ex ligno nuceo, aut simili tàm in Ecclesiã, quàm Sacristia: bis vero in anno fricentur nucleis in panno inclusis, prȩter ea quȩ sandaracha sunt oblita. *Ibidem*.

6 Vas aquæ benedictæ quotiescunque renouatur, & labra lapidea Sacristiæ ad manus lauandas. *Ibid.*

7 Specularia vitrea, quæ humili loco, semel in mense; cum vniuersa Ecclesia, quæ in alto, purgentur. *Ibidem*.

8 Cancelli ferrei, & candelabra ferrea singulo mense puluere prius excusso panno abstergantur. *Ibid.*

9 Pauimentum Ecclesiæ pridie omnium festorum de prȩcepto antequam fiat mutatio paramentorum;

torum; & postridie, mane cum magnus fuerit populi concursus; si plures festus continui, quotidie clausis ianuis sub noctem verrat; med a item hebdomada extra hos casus. Singula hebdomada vero, pauimentum sacellorum, chori, & Sacristiæ, & scopula arundinea, gradus, suppedanea altarium, valuas Ecclesiæ, genualia, scamna Ecclesiæ, chori subsellia, & cancellos Capellarum. *Ibidem*.

10 Bis in anno acuratius pauiuentum purget. *Ibidem*.

11 Si quid areæ est ante Ecclesiam, purget pridie cuiusque diei festi, & exterior pars Ecclesiæ circumcirca munda seruetur. *Ibidem*.

12 Singula hebdomada pauimentum campanilis, & singulis mensibus pars conuexa imi tabulati & parietes infra illud; superiora verò, quandoque. *Ibidem*.

13 Capsulæ ad expuendum, octauo quoq; die; si ramenta sint, bis singula hebdomada, & alternis hebdomadis capsæ aeri exponantur. *Ibidem*.

14 Armaria, & scrinia Sacristiæ, singula præterea hebdomada scopula arundina. *Ibidem*.

15 Altaria bis in anno cum sudum est, à finitis Missis ad Vesperū spoliata sint; & suppedanea item amota, & eo tempore tum altaria vndequaque tum suppedaneorum pars quę subter est mundentur; cum verò mappæ mutantur, & pallia, altaria quoque ipsa mundentur arundinea scopula, etiā leuiter tela cerata lapidi sacro adherens, modo periculū non sit ne tangatur lapis sacer. *Ibidem*.

16 Singulis mensibus caudis vulpinis vel scopulis arundineis mundentur, & Icones cum suis ornamentis, tabernaculum Sanctissimi Sacramenti cum suo integumento, picta, & inaurata altaribus adiuncta, vmbellæ desuper impendentes: altaris suppedaneum, quotidie; arculæ verò ad sputum excipiendum fricentur, & fenestellæ vrceolorum purgentur arundine octauo quoque die. *Ibidem*.

17 Suppellex argentea quantum fieri potest ne manibus nudis contrectetur, & dum exposita est, curetur; cum reponitur mundetur puluere, & sua techa inuoluatur, si opus sit, penicillo ex suillis setis detergatur, aut alia ratione de peritorum iudicio. *Ibidem*.

18 Bini calices cum patenis vbi duodecim sunt sacerdotes exponantur, quintodecimo die aqua tepida lauentur, singulo semestri molliori sapone, aut furfure ab eis, qui sunt in sacris, & in vase corporalibus & purificatorijs lauandis tantum destinato, & quod superest aquæ, in sacrarium fundatur. Rarius id fiat vbi minor Sacerdotum numerus. *Ibidem*.

19 Eadem cautio seruetur in tractanda, tergenda, recondenda,

&

& purganda supp ellectili inaurata, & argentea. *Ibidem*.

20 Eadem in alijs ex oricalcho constantibus: quæ si perpetuo vsu adhibeantur, tertio quoque die à puluere mundentur; quarto quoque mense, nisi nunquam fuerint exposita ,, abstergantur pumiceo puluere, aut tripoli, aut latere in puluerem tenuissimum redacto, & panno asperiori, non autem aqua; Recordantur vero inuoluta cartis crassioribus aut lineis saccis. *Ib.*

21 Candelabra lignea ad vsum quotidianum, panno mundentur octauo quoque die, cera abrasa; si recofndantur, idem fiat. Idem de ceroerarijs fiat, & ligneis imaginibus Angelorum. Si candelabra picta non sint, nucleis panno inclusis valida manu fricentur; quæ perpetuo vsu adhibentur, singulis mensibus ita fricentur; secus, cum exponuntur: *Ibidem*.

22 Lampades vitreæ quotidianæ, decimoquinto die aqua calida purgentur: Vrceoli, quotidie, & decimoquinto die ouorum cortice bene contrito, idemque fiat de peluibus vrceolorum tertio quoque mense; si stamnæ fuerint, cum lixiuia: opercula vero quotidie fricentur, cum reponuntur. *Ibid.*

23 Emunctoria, bis in hebdomada, decimoquinto die latere contrito sine aqua: extinctoria singulis mensibus, feruenti aqua & cinere; si ex oricalcho, abstergantur ratione vt supra præscripta. *Ibid.*

24 Vasa ænea corporalibus lauandis, antequam adhibeantur, & vbi adhibita, purgentur: Bis in anno contrito latere & aqua: si stamnata sint, furfure, & aqua, & eodem tempore vas ad hostias cōficiendas, prout opus erit, & oleo perfundat Sacrista, cum vsus fuerit, & vtramque partem carta interposita simul iungat; exterius ab radat, crassiore panno tergat, reponat: *Ibidem*.

25 Linea omnia diuini cultus gratiâ parata, separatim à domesticis alijs lauanda reponat, exceptis ijs quæ faciei, manibusque purgandis adhibentur. *Ibidem*.

26 Ternæ Altarium mappæ, superior singulo mense; inferiores quater in anno mundæ apponantur. Superpellicea ministrorum, & hebdomadarij, decimoquinto die; corporalia, tertia hebdomada; albæ, & sudariola, decimoquinto die; cinguli, alternis mensibus; manutergia altarium, amictus, octauo quoque die; Rarius vbi pauciores duodecim sint Sacerdotes; Purificatoria, ad summum decimo quinto die; superpellicea Confessariorum & quæ ad Communionis vsum parata sunt, singulis mensibus *Ibidem*.

27 Cætera superpellicea sufficiat lauari semel vere, & Autumno. Crux affixa corporalibus semper respiciat anteriorem partem altaris. *Ib.*

28 In

28 In suppedaneo vbi paratur Sacerdos, sit status crassior pannus perpetuo. *Ibidem*.

29 Sit linteum longius, pro manibus, alterum breuius pro facie, & alterum breue pro ministris singula hebdomada mutandum. *Ib.*

30 Mappæ communionis breues, alternis hebdomadis; maiores vero alternis mensibus mutentur; quæ purificationis gratia, arbitrio Præf. Cærem; quo etiam, mutetur hæc perfinita regula, si opus sit. *Ib.*

31 Munda, & pulchriora adhibeantur diebus solemnioribus. *Ib.*

32 Mappæ altarium, Missis finitis, stragulis suis tegantur, prius leniter excusso puluere, quæ etiam singula hebdomada diligenti agitatione, puluere mundentur, & aeri exponantur tertio quoq; mense. *Ib.*

33 Corporalia, & purificatoria quæ in peculiari festo separatim poni debent, antequam dentur alijs lauanda, prius lauantur à constituto in sacris in vase vt supra, lixiuia, sapone, & mox bis aqua sola.

34 Ablæ & superpellicea lauta, dentur crispanda; saltem vero contorqueantur, si non crispentur dum reponuntur. *Ibid.*

35 Corporalia dentur aptanda peritis; hæc verò, & cætera linea condiantur dum reconduntur, rosis siccis, lauandula & c. *Ibib.*

36 Tria, vel quatuor crepidarum paria diuersæ mensuræ sint in Sacristia ad vsum si opus sit, Sacerdotum, nec vllus aut celebrare, aut ministrare permittatur fædis calceis, aut crepidis. *Ibidem*.

37 Sit & scopula ad vestimenta ijsdem mundanda. *Ibid.*

38 Omnia indumenta sint suis scrinijs distincta appositis singulis, proprijs schedulis. *Ibid.*

39 Casulæ recondantur ductilibus capsis, appositis cartis crassioribus ad fundum capsæ tegendum, & appositis siccis rosis & c. Cum illis ponatur manipulum, & stola; mox alia eiusdem generis, quibus addantur Missalium integumenta eiusdem generis, & bursæ, & super omnia addatur alia carta ad tegendum. Quæ auro, & argento constant, habeant interpositam cartam singula, ne fricentur. *Ib.*

40 Pannus interponatur pluuialibus, maxime si aurea sint, vel argentea, & ita vt ijs plicandis rugæ omnes auertantur, & plicaturæ à parte pensili à tergo. *Ibid.*

41 Extractis substernatur mappa munda: si spatio longiori exposita maneant, stragulum supersternatur. *Ibidem*.

42 Maio, & Septembri, & semel in hyeme, quæ rarò adhibētur, aeri sereno exponantur. *Ibid.*

43 Pallia suis talaribus, si fieri potest, semper sint affixa; dum reconduntur inuoluantur telis contegentibus vtramq; pallij faciem, si duplex sit, & habeantur erecta in amplo armario, & vbi plicari opus

 sit,

ſit, vt vel crucis ſpecies, vel imago ſi quæ affixa eſt, non lædatur. *Ib.*

44 Tapetia, & craſſiores panni qui ſternuntur, cum reconduntur, prius excutiantur, & purgentur, ſcopula mundentur, & complicati recondantur. *Ibidem*.

45 Sacriſtiæ feneſtræ clementi cælo ſæpius pateant, tum etiam ductiles capſulæ vt aeris beneficiũ ſentiant. *Ibid.* V.V. *Sacriſta*.

MAGISTRI.

1 In his conſtituendis habeatur ratio ingenij, eruditionis, diſciplinæ, & mortificationis. *C. l. 3. c. 5.*

2 Magiſtri Theologiæ, ac Philoſophiæ, quibus diebus bis lectionem ordinariam habent, choro exempti ſint: aliquando etiam, ſi ſemel tantum iudicio Præp. pro materiæ tractandæ difficultate. *Ib.*

3 Præp. Gen. ſtudeat à lectoribus, quantum fieri poteſt habita ratione perſonarum ſeruari Conſtitutiones circa diuina officia, & regularem obſeruantiam: maximè verò curet, eos nocturno Defunctorum officio in choro cum cæteris intereſſe. *Mon. Cap. Gen.* 1612.

4 Qui lectores quotidie legunt in ſcholis noſtris, non teneantur ad lectionem, quæ ad menſam adhibeatur, & iiſdem detur in menſa al quid ſuperadditum, eo nimirum die, quo actu legunt. *Ibid.* 1635.

5 Prohibetur ne ſcholares Philoſophiæ, ad ſtudiũ Theologiæ, neq; alij ad conciones, aut lecturam admittantur, niſi prius axiomatâ ſeu concluſiones prælectarum, vel præcipuarũ materiarum, ſaltem coram Magiſtris, & diſcipulis defenderint. *Ibidem*. 1612.

6 Præp. Gen. iuxta Decretum S. D. N. Greg. xv. de propaganda fide, in Collegijs ſtudiorum curet, vt inter Magiſtros Theologiæ ſaltem vnus, in ea ſtudia incumbat quæ ad controuerſias Hæreticorum ſpectant. *Ibid.* 1623.

7 Adſint Magiſtri ſcholarum quotannis Auguſto menſe recognoſcendarum functioni. *C. l. 3. Ib.*

8 Prouincialis, vel alius ab eo electus ſtatuat ea occaſione quæ circa tam diſcipulos quam magiſtros mutationes ſint faciendæ. *Ib.*

9 Obſeruentur regulæ quæ deſcriptæ ſunt circa magiſtros, & diſcipulos, & vitæ illorũ rationes. *Ib.*

10 Magiſtro apud nos deficiente, ad ſcholas alicuius Eccleſiaſticæ Vniuerſitatis Theologici ſtudij cauſa eatur. *Ibidem*.

V. V. *Studia literarum*.

MISSA.

1 Miſſa celebretur à noſtris ad præſcriptum Miſſalis Pij *V. C. l.* 2. *c.* 5.

2 Nullus ante celebrare permittatur, quàm cæremonias probe teneat. *Ibidem*.

3 Sine ſolemnitate primam miſſam celebrent. *Ibid.*

4 Vnitatem omnes ſeruare ſtudeant. *Ibidem*.

5 Nul-

5 Nullus celebrare omittat sine concessu superioris. *Ibid.*

6 A superiori facultatem impetrent celebrandi cum benedictione & à Confessario dum confitentur. *Ibidem.*

7 Decũbente superiore diutius, petatur à Vicario. *Mon. c. 5. 1623.*

8 Omittens celebrare Sacerdos, & qui Sacerdotes non sunt, audiant missam. *Ibidem.*

9 Intra septum Altaris, laicus ne permittatur, cum missa celebratur. *Ibidem.*

10 In vnoquoq; Collegio missa quotidie pro Cong. celebretur, cũ applicatione sacrificij.

11 Vbi tamen Collegia sunt formata cum titulo Præpositi; Collegia vero minora semel in hebdomada. Pro defunctis autem Congreg. omnes semel in hebdomada. *Ibid. & Dec. Cap. Gen.* 1620.

12 Aliquo ex nostris moriente; in Collegio, cui est adscriptus, tribus diebus, ab omnibus dicatur missa pro eo; alibi vero omnes semel. *C. l. 2. Ib.*

13 Pro eo qui obierit in missione, curet Generalis l. Prouincialis alicubi recitari triginta missas. *Dec. C. Gen.* 1638.

14 Pro Defunctis nostris ferãtur suffragia ac si Congregatio nõ esset in Prouinc. diuisa *M. C. 5.* 1644.

15 Pro Defunctis fratribus, & fratrum consanguineis, & pro benefactoribus, & benefactorum consanguineis, & ijs, qui in Ecclesia nostra sepulti sunt, singula hebdomada, præter officium Defunctorum dicendum die non impedita officio nouem lectionum, & extra hebdomadam sanctam, & tempus paschale, sacrificia offerãtur. *C. l. 2. Ibidem.*

16 Pro fundatoribus Collegij, cum primum Collegij possessio tradita fuerit, denuntiante P. Generali, quilibet Sacerdos in tota Congregatione missam celebret. *Ib.*

17 Idem fiat, vt primum defunctum esse fundatorem cognitum fuerit.

18 Singula item hebdomadá in vnoquoq; Collegio idem fiat pro suo fundatore, siue viuo siue defuncto, & singulis annis eo die, quo tradita est possessio, à singulis sacerdotibus. *Ibidem.*

19 Quod si vniuersitas fundarit; pro ijs, qui de ea sint, vel fuerint, id præstetur. *Ibid.*

20 Tempore Visitationis, & pro studiorum progressu fiant cum applicatione sacrificij. *Dec. Cap. Gen.* 1620.

21 Diebus Purificationis, Annuntiationis, Assumptionis, Natiuitatis, & Conceptionis B. V. singuli Sacerdotes missam faciant pro felici studiorum progressu; Clerici coronam; Conuersi quindecies orationem Dominicam cum Angelica salutatione recitẽt. *Ib.* 1602.

22 Sacerdotes, qui in aliquo

Collegio hospitabuntur, ipsa prima die iuxta Tabellam Sacristiæ eiusdem Collegij celebrent. *Ib.* 1638.

23 Patri Generali celebranti diebus festiuis, in nostris, vel alijs Ecclesijs detur Sacerdos Assistens, & duo Clerici ministrantes Missæ. *Mon. C. Gen. Cerem. l. 2 c. 3.*

24 Maxima cum pietate ab omnibus recitentur Missę, neq; breuitate ad offensionem fidelium, qua in re vigilent Prouinciales, & Præp. locales, & pœnis animaduertant in eos, qui student indecorè breuitati. *Ib.* 1620.

25 Idipsum pręstent Generalis, & Visitatores. *Ib.* 1630.

26 Quod si agatur de suspensione à sacrificio, fiat de consensu Discretorum. *Ib.* 1620.

27 Ante, & post Missam prohibetur cantus musicus, vel musica instrumenta, præterquam in casibus declaratis, & expressis supra, Verbo. *Horæ Canonicæ.*

28 Missæ Parochialis signum detur in nostris Ecclesijs Parochialibus hora competenti à Generali, l. Prouinciali designanda *Dec. Cap. Gen.* 1612.

29 Hæc celebretur ad Altare minus assignatum semel; neq; per hanc impediātur alię Missæ quominus eodem tempore celebrari queant. *Ib.* 1641.

30 In Ecclesijs Mediol. Papien. Genuen. die 11. Octobris qua obijt B. Alexander Saulius cātetur Missa more nostro in gratiarum actionē ob tantum virum à Deo nobis datum; dicatur autem de Sanctissima Trinitate, cum Gloria, & Credo, cum apparatu Ecclesiæ, & sono Campanarum pridie Vesperi. In alijs vero Collegijs idem fieri poterit arbitrio P. Gen. Saltem in Choro cantetur Te Deum Laudamus, cum oratione ad SS. Trinitatem in gratiarū actionem. *Ib.* 1625.

31 Missa item solemnis rectum erit si celebretur Nocte Sanctissimæ Natiuitatis Domini, sed non ante mediam noctem, & hora, qua Cathedralis Ecclesia.

Die Conuersionis S. Pauli Apostoli.

Feria quinta, sexta, & Sabbato Hebdomadæ Sanctæ.

Die Dominicæ Resurrectionis.

Die SS. Apost. Petri, & Pauli, & eiusdē S. Pauli Commemorationis.

Sancti Titularis Ecclesiæ in propria sua Ecclesia.

Commemorationis omnium Defunctorum, Depositionis alicuius fratris in proprio Collegio. Hęc Cæremoni. *lib.* 2. *c.* 1. *& c.* 2.

32 Arbitrio Præp. & Discretorū adduntur dies Natiuitatis Domini, Circumcisionis, Epiphaniæ, Purificationis, Pentecostes, Corporis Christi, Assumpt. & Natiuitatis B. V. Omnium Sanctorum, S. Caroli, & Dedicationis propriæ Ecclesiæ. *Ibidem.*

33 In Collegijs, vbi minor est nume-

numerus duodecim, Missa solemnis celebretur sine ministris. *Ibid.*

34 In nocte Natiuitatis, in missa Generalis, ministret lumen Assistens; alijs vero superioribus celebrantibus adhibeatur candela supra paruum aliquod candelabrum. *Ibid. c. 2.*

35 Conditiones, vel onera Missarum perpetua, nisi grauibus de caussis à Capitulo Gen. solo examinandis ne accipiantur. *C. l. 2. c.*

36 Doceatur Cap. Gen. eo casu de oneribus Collegiorum. *Mon. C. G. 1620.*

37 Datur facultas Præp. Gen. & Assistentibus, vt possint onera perpetua acceptare, quæ Capitulo Generali sunt reseruata, ita tamen, vt periculum sit in mora perdẽdi notabilis emolumenti, & singulorum omnium Assistentium consensus accedat. *Dec. Cap. Gen. 1620.*

38 Missæ, quæ in dies offeruntur non perpetuæ, neq; ad tempus, parcè admodum accipiantur. *C. l. 2. cap. 5.*

39 Sine missa solemni, tumbis, & similibus, neq; officium circa cadauer, neq; obligatio officij dicendi accipiatur. *Ibidem.*

40 Capellæ etiam ad tempus cum obligatione extra Ecclesias nostras celebrandi, ne accipiantur. *Ibidem.*

41 In accipiendis quæ ad tempus sunt habeatur ratio nostrarum functionum, & onerum susceptorum, & graui caussa vrgente, accedat consensus Præp. Gen. & Assist. *C. l. 2. c. 5.*

Missa quantum fieri potest, ab officio diei non discordet. *Ibid.*

NEGOTIA.

1 Nullus suscipiat negotium, vel curam, licet ad pietatem exercendam pertineat sine superioris concessu. *C. l. 2. c. 1.*

2 Si ritè contigerit suscipi extra Congregationem; quę ad illud pertinebunt, cum superiore communicet. Si quis impedire velit, potius relinquatur ea cura. *Ibid.*

3 Ne quis ab extraneis consultus, in scriptis respondeat, nisi prius Præp. vel alius ab eo electus sententiam probarit. *Dec. C. G. 1611.*

NOVITIORVM RECEPTIO.

1 Cum quis admitti petit in Congregatione, Præpositus vna cũ Discretis (& si quis est absens, aut petentis affinis vel de nimia propensione suspectus, primum adhibeat ex alijs professis) petentis voluntatem inuestiget. *C. l. 2. c. 2.*

2 *Generatim hæc inquirat, vlz.*

An bene norit quid sit religionem ingredi, & se totum deo deuouere.

Quo spiritu ducatur.

Diligentissime, de corporis valetudine, tam præsenti, quam futura, & de viribus animi ad perferendos religiosæ vitæ labores, & in ea perseuerandum.

An aliquod experimentum earũ rerum

rerum fecerit, quæ à Dei seruis in Cong. fieri solent.

Cui scientiæ, vel arti operam dederit, quiq; in eis progressus, quæ delectatio.

Deinde mittentur discreti singillatim ad interrogandum.

Postea fiat doctrinæ experimentum libro ad explicandum tradito, & argumento ad componendum. *Formul. pag. 3.*

3 *Particulatim vero inquirat vt infra.*

An laicus, vel Clericus, & in quo ordine constitutus.

Nomen, Cognomen, Patria, ætas.

Legitimus, an naturalis.

Parentes, Cuius loci, & Diœcesis.

Si nobilis, vel ignobilis, diues, vel pauper: fratres, & an illo maiores: sorores, nuptæ, l. non; & vbi habitauerit.

Quomodo educatus, & omninò quæ eius fuerit præterita vita.

Ex quo tempore adiunxit animum vitæ Religiosæ.

Si alterius vitæ habitu exiguo spatio indutus fuerit.

Si saltem egerit de ingressu alicuius Religionis.

An votum aliquod habeat.

Quibus moribus sit præditus.

An crimine aliquo, puta homicidij, furti aut simili, vel grauiore damnatus, suspectus ne sit, aut vnquam fuerit.

Qua valetudine, corporis constitutione, robore, forma, staturæ.

Qua naturæ habitudine, seu complexionis temperamento.

Quibus literis, docilitate, acumine.

Sit simplex, an astutus, laborum patiens, alicuius artificij peritus, bene ne, an male scribat.

An parentes eius, morbo aliquo hæreditario laborauerint.

An ære alieno obstrictus, & quanto; aut reddendis rationibus obnoxius.

Quam aptus Institutis nostris.

Quo desiderio vitæ religiosæ, & an ore, vel mente orare nouerit.

Si per annum Nouitiatus poterit suppeditare sumptus pro victu, & vestitu. *Hæc Ibid.*

4 *Arbitrio Præp. inquiri, vel omitti possunt sequentia, videlicet.*

Si hæresim abiurauerit, aut de illa sit probabiliter suspectus.

Si fuerit schismaticus.

Si irregularitate teneatur, in qua, aut difficilè, aut rarò dispensari solet.

Si cui id morbi, vitij, vel impedimenti sit, vt nostris muneribus præstandis sit impar, aut Institutis ineptus.

5 *Caute agendum cum ijs.*

Qui humanum aliquod in suo consilio spectant.

Qui pertinacis, contumacis, superbi, fastidiosi ingenij videntur.

Quorum consuetudo grauiter peccandi inueterauerit.

Qui infamia aliqua laborant,

præ-

præsertim in loco, vbi recipi possunt.

Qui fatuitatem præseferunt.

Qui insigni aliquam deformitate sunt.

Qui primis rudimentis literarũ indigent, maxime egressi adolescentiæ fines, vel tardi ingenij.

Qui valde infirma valetudine, aut graui morbo laborant.

Qui de legitimo matrimonio nati non sunt.

Qui quandoq; Eremitæ fuerunt: ære alieno sunt obstricti, vel relicturi personas, quarum sustentatio ad eos aliquo modo pertineat. *Hæc ibid. & C. l. 1. c. 2.*

In recipiendis vt Clerici, spectetur ingenium, & literæ; in Conuersis valetudo, & corporis robur. *Ib.*

6 Ex supradictis interrogationibus, postulantis respõsiones vnus ex Discretis ordine excipiat, quas Cancellario tradet Præp. vt ex eis literas nomine Præp. scribat ad Generalem, *formul. Ibid.*

7 Si quid erit insigne, quod ad petentis, vel mores, vel eruditionem, vel ingenium declarandum iudicauerit Præpositus pertinere, id nullo modo omittere debet. *Ib.*

8 *Recipiendis impedimenta sunt hæc.*

Si quis futurus Clericus, decem & octo annis sit minor. Non prohibetur tamen recipi minores, modo saltem decimum sextum annum attigerint; idq; si in ceteris valde probandi appareant.

Si maior quadraginta annis; non enim facile recipiendus est; sed ex magna caussa, puta ob virtutem, & scientiam.

Si futurus Conuersus sit minor decem, & septem annis, vel maior triginta quatuor.

Si hæresim abiurauerit, aut de illa sit probabiliter suspectus.

Si schismaticus fuerit.

Si ea irregularitate teneatur, in qua rarò, aut difficile dispensari solet.

Si alterius Monasterij, aut Congregationis habitu, licet exiguo spatio indutus fuerit.

Si cui id morbi, vitij, vel impedimenti sit, vt nostris muneribus sit impar aut institutis nostris ineptus. *C. l. 1. Ibidem.*

Præter hæc caute agendum cum ijs, de quibus supra num. 5.

9 Cum dubia circa superius descripta incident, ad Præp. Gen. deferantur, qui cum consensu Assistentium constituat. *Ibid.*

10 Si quis interrogatus (de omnibus autem interrogari debebit) aliquod ex impedimentis pertinentibus ad ætatem, hæresim, schisma, irregularitatem, habitum alterius Religionis; item ad natales, & morbos, vitam eremiticam, æs alienum, personarum sustentationem, occultauerit; si postea resciatur; vel non professus possit dimitti; vel si professus erit, poni possit

sit inter conuersos, aut iure suffragij possit priuari perpetuò, vel ad tempus; aut sacris ordinibus interdici; C. l. 1. Ibidem.

11 Si sit Conuersus, possit vilissimis ministerijs addici; aut inter Conuersos vltimus ei locus assignari perpetuo, aut alio modo puniri pro rei grauitate iudicio Præp. Gen. de consensu Assistentium. *Ibid.*

12 Hoc Decretum, cuiq; antequam vestiatur, & profiteatur testato denuncietur. *Ibid.*

13 In receptione verò ipsa, admissione ad habitum, & professione fiat protestatio ex parte Congregationis nostræ ad formulam præscriptam, in ipsismet actibus, qualiter eadem Cong. illiusq; Superiores, ad quos spectat, animum non habent illum recipiendi, & admittendi ad habitum, aut Professionem, si ipse hæresim abiurauerit, vel, si alterius Cong. Monasterij, societatis habitu, licet exiguo spatio, indutus fuerit, & huiusmodi impedimenta, l. alterum eorum occultauerit: & protestatio huiusmodi debet acceptari, per subscriptionem à volente recipi, vestiri, & profiteri. *Dec. Cap. Gen.* 1638.

14 Si nihil impediat quominus petens recipi possit, commendata eius voluntate, consignet eum Præp. alicui ex Patribus sæpè erudiendum de vita, & institutis nostris, apud quem etiam confiteatur. *Const. l.* 1. *Ib.*

15 Det interim Præp. literas ad Generalem, vel Prouincialem, quibus certiorem faciat de toto negocio, & de petentis conditione, vita, & de ijs quæ supra tacta sunt etiam per extraneos inquirat. *Ibi.*

16 Tradantur illi Constitutiones legendæ, & Præp. eundem interroget num eâ vitæ ratio à recipiendo probetur, & num aliquid in illa difficultatis, & qua in re habeat. *Ibid.*

17 Detur illi aliquod spatium dierum, vel mensium, arbitrio Præpositi, etiam si agatur de persona bene cognita, ad ipsius probationem, & ad implorandam in re tam graui diuinam opem. *Ibid.*

18 Moneantur Vocales, vt & ipsi de petente inquirant, & cognoscant. *Ibid.*

19 Formam literarum quæ primo dantur pro Clerico, habes in formul. *pag.* 7. pro Conuerso, *pag.* 9. *Ibid.*

20 Scribuntur in folio more cæterarum literarum, non autem tanquam patentes, & subscribuntur à solo Præposito, & communi sigillo muniuntur.

21 Si autem quis iterum recipi petit qui iam abierit sponte, vel dimissus fuerit nondum professus, vt primum ad Capitulum nouitiatus, aut aliud, vnde discessit deferatur, vt cognoscat, & Præp. Gen. consulat, qui de Assistentium consensu

seu illa desiderabit, & in domum no recipiatur petens antequam accipiatur responsum, nisi forte Capitulum illius loci ex causa maxime vrgente admittendum tanquam hospitem, censeat. C.l. 1.c.6.

22 In dimissio, videatur an militet caussa propter quam dimissus fuit, & quæ spes melioris euentus. *Ibidem*.

23 In eo qui sponte abierit, videatur qua de causa, & qua ratione abierit, quæ spes eius constantiæ, & progressus. *Ibid.*

24 Hos qui spōte abierint, commoda aliqua ratione reuocare, nẹ tentent nostri, nisi prius consensus Præp. Gen. l. Prouincialis accesserit; & omninò rarò, & ex euidenti vtilitate hoc fiat. *Ibid.*

25 Formulam literarum quæ ad Præp. Generalem pro his denuo recipiēdis dantur habes in formul. *pag.* 12.

26 Post aliquos menses, vel dies arbitrio Præp. localis, perseuerante illo qui petit recipi, & habita de illius progressu spirituali à Patre, cui est traditus in disciplinā relatione; conuocet Capitulum, & recipiendi conditionem significans, proponat an tantū temporis transierit, quantum ad huiusmodi probationem satis sit. Const. *Ib. & formul. Ib.*

27 Fiat iuramentum de non significando cuiquam ea quæ in eo congressu tractantur ex Decr. Cap. Gen. 1617. de quo V. *Iuramentum*.

28 Excludantur ab hoc Capitulo qui sunt cum recipiendo coniuncti sanguine, l. affinitate vsque ad quartum gradum inclusiue: dum res tantum discutitur, non à suffragio ferendo *ex Dec. C. Gen.* 1629. *de quo V. Cap. Locale*.

29 Consentiente Capitulo ad receptionem petentis, veniat modo, quo supra, ad secundam petitionem, & de sequentibus interrogetur.

An legitimus.

An pater, vel mater fuerint Hebræi.

An habitu alterius Religionis indutus.

An hæresim abiurauerit.

An schismaticus fuerit.

An irregularis.

An furtum, vel homicidium, vel aliud delictum commiserit.

An ære alieno obstrictus.

An ei reddenda ratio administrationis bonorum alicuius, propter quam causam possit interdum molestari.

An aliquas personas sustentare teneatur, & quomodo eis prouisum sit ex formul. *p.* 13.

30 Explicetur præterea petenti magis particulatim à Præp. & discretis ratio nostræ disciplinæ quæ & ad nostram, & proximorum salutem procurandam spectat, vt latius ex formul. *Ibidem*.

31 Idem fiat Conuersis, animaduertendo maxime eorum habitum

P

bitum protrahi ad quinquennium nec eis licere vnquam ad Clericalem habitum transire. *Ib. p.* 16.

32 Fiat protestatio de illo non recipiendo si hæresim abiurarit, l, habitu alterius relig. indutus fuerit ad formam apponendam in formul. *pag.* 14.

33 Dentur postea secundæ literæ ad Præp. Generalem seu Prouinc. quibus de toto negotio certiorem illum faciat Præp. quarum formulam habes pag. 18. & fiat mentio de supradicta protestatione facta, vt *Ibidem*.

34 Dentur in folio vt supra, & subscriptæ à Præp. & Discretis omnibus, seu ijs, qui secundæ petitioni pro Discretis interfuerunt. *Ibid.*

35 Discretus renuens subscribere, causam Generali significet. *Ibid.*

36 Dentur simul literæ Capitulares in form. *p.* 23.

Fides Baptismi.

Fides de vita, & moribus, ad formam. *Ib. p.* 22.

Hæc sit subscripta à Coll. Cancellario, aut alio in hanc rem deputato à Præp. vel à Notario testante se interfuisse subscriptionibus testium. *Ibid.*

37 Si petens domicilium mutauit, & eius anteacta vita testibus probe perspecta non esset; tunc curet testimonium ex alijs qui eum nouerint, vbi domicilium prius habebat. *Ibidem*.

38 Extra Italiam subscriptum testimonium scribatur latine. *Ib.*

39 Cum his iungantur copia protestationis factæ de petente nõ recipiendo si hæresim abiurauerit, vel alterius religionis &c. habitu indutus fuerit, quæ sit, & ab ipso petente, & à Præp. & Discretis subscripta ad formam descriptam, & apponendam ad formular. *pag.* 14.

40 Si post primam petitionem mutatus est Præp. Gener. & localis, dentur literæ ad formam descriptã *pag.* 20. *ibid.*

41 His habitis statuat Gener. de consensu Assistentium de recipiendo Nouitio. *C. l.* 1. *c.* 2.

42 Si fuerit Prouincialis, idem præstet cum consensu sui Capituli. *Ibidem*.

43 Receptus statim ad locum Nouitiatus mittatur, vbi in suo vestitu modesto, & humili incumbat spiritualibus exercitationibus per 15, aut 20 dies, & abstineat per hos dies à colloquio cæterorum, & generalem confessionem faciat. *Constit. Ib.*

44 Recepti quoq; si non statim ingrediantur, duobus elapsis mensibus à die accepti nuntij de receptione, non admittantur, & consuetæ literæ repetantur, nisi Gener. vel Prou. moræ causam probarit; quod si receptus sit vltra montes, Præp. vna cum capitulo suo probet moræ causam. *Dec. C. Gen.* 1588. 1626.

45 Si contingat de insigni, & laudata

laudata persona agi de cuius constantia nō sit dubitandum nec tempus suppetat scribendi ad Præp. Gen. vel Prou. statuat Capitulum loci an eam admitti expediat in domo, à Collegialium tamen consortio separatam, tanquam hospitem, quo casu inuestigationes supra dictæ fiant, & tempora expectentur, & quam primum scribatur ad Præp. Gen. *C. l. 1. Ibid.*

46 Cæremonias habendas in primo ingressu nouitiatus vide *Cærem. lib. 3. c. 3. p. 201.*

NOVITIORVM VESTITVS.

1 Post duos vel tres menses ab ingressu nouitiatus, deliberet Prep. cum suo capitulo de habitu tradendo futuro Clerico, eodem rursus de proposito suo, & perseuerandi voluntate interrogato; & si nihil impedire videatur ea de re Gen. vel Prouinc. consulat Præp. nouitiatus, sensum suum per literas aperiens. *C. l. 1. c. 3.*

2 Scribat etiam, de confessione generali facta: de spiritualibus exercitationibus: de spe progressus in regulari disciplina: de tractatu in Capitulo locali habito circa habitū tradendum: De voluntate, & proposito perseuerandi. De denunciatione Decreti impedimentorum, testibus adhibitis facta vestiendo. *ex formul. p. 24.*

3 Vocales item scribant iudicium suum singillatim ad Gen. vel Prou. quid de vestiendo sentiant, etiam contra ea, quę in Cap. suffragijs firmata sunt, si quod forte habeat, & an Præp. prædicta prę̃stiterit. *Ibidem.*

4 Idem fiat si forte dimittendus aliquis videatur. *Const. Ibid.*

5 Præp. præterea, & vocales Collegiorū nouitiatus admoneant Prou. quid circa habilitatem ad literas habeant ij, qui ad habitum vel professionem sunt admittendi. *Decr. Cap. Gen. 1608.*

6 Formulam literarū quas Prep. scribere debet habes in formular. *pag. 25.* cui adde lin. 22. factamq; fuisse vestiendo protestationem in scriptis, eamq; iunctim cum Præp. literis ad Gen. l, Prou. mitti. *Ib.*

7 Fiat vestiendo eadem protestatio inscriptis, vt ex Decr. Cap. Gen. 1638. de qua supra tit. *Nouitiorum receptio*, & vna cum literis Præp. Capit. localis, & Vocaliumq; mittatur ad Gen. l, Prou.

8 Hæc eadem quo ad habitum Conuersis tradēdum cum ijs fiant, & quo ad protestationem, seruatis; quæ in formula vulgari habentur.

9 Sed antequam ijs vestitus noster concedatur permaneant in suo habitu ad quinquennium ex Decr. Cap. Gen. *1629.* quod vim habet Constitut., licet Præp. Gen. habito prius à Capitulis testimonio de vita, & moribus possit quinquennium contrahere *ex Monit. Cap. Gen.* 1638.

10 Præp. Gen. l, Prou. ità consultus

fultus quid faciendum sit, cum consensu eorum, ad quos receptio spectat, statuat; quod si ad Prouincialem pertineat, ad rem cognoscendam, & habitum tradendum semper concedere debebit ad locum nouitiatus. *C. l. 1. c. 3.*

11 In Capitulo locali, in quo Prou. agit de vestiendo nouitio, vel ad Professionem admittendo, aderunt quidem cōsiliarij eiusdem, qui cum eodem in Collegio habitant; non tamen alij, qui non sunt de Collegio, licet ad grauiora negotia soliti sint vocari. *Mon. Cap. Gen. 1636.*

12 Clericorum vestitus sit, tunica talaris, & exterior vestis, collo connexa. Capitis tegumentum more aliorum Clericorū speciem crucis exhibens. Pluuio tempore, vel hyberno, in itinere, aut ruri, pallium siue mantellum loco exterioris vestis adhiberi poterit.

13 Conuersorum sit, tunica ad medium crus demissa. Super eam, pallium eodem modo demissum. Capitis tegumentum rotundum more solito. *Ibidem.*

14 Quoad biretum huiusmodi, nihil innouandum ob reuerentiam Const. nostrarum, Decretorum Sac. Cong. & literarū Apost. Greg. 15. quæ in hoc perpetuum silentium imposuere; Licet indulgendum sit aliquorum infirmæ valetudini quoad continuum vsum, iudicio Superiorum. *Dec. C. G. 1632.*

15 Habitus Nouitiorum ab habitu Professorū differat secundum solitam manicarum assuendarum rationem. *Const. Ibidem.*

16 Antequam habitum quis suscipiat, nisi aliter ex causa Præp. Gen. vel Prou. concedat, rerum suarum curam, & administrationem deponat. *Ibidem.*

17 Quæcunq; quis secum attulerit, describantur, & asseruentur ad Professionis tempus, nisi quid fuerit in eius vsum consumptum. *Ibidem.*

18 Antequam tamen vestiantur nouitij, statа adhoc die, confiteantur, & Eucharistiam sumant.

19 Doceantur à Magistro nouitiorum de indumentorum quæ sumere debent significatione, & à Præf. cæremoniarum, de singulis actionibus, quas obire debent vestiendi. *Cærem. l. 3. c. 4.*

20 Vestiantur post Vesperas. *Ibidem.*

21 Publicè in Ecclesia, vel Oratorio, aut etiam in domo præsentibus cæteris fratribus cum cæremonijs, & orationibus de more. *Const. l. 1. c. 3.*

22 Cæremonias vide sup. *Ibid. l. 3. c. 4. fol. 201.*

23 Referatur tota actio in librum ad id destinatum, cum adscriptione diei, nominis, & ætatis nouitij, temporis, quo in domo, suo vestitu fuerit, & nominis Præp. à quo vestitus. *Const. l. 1. c. 3.*

24 Tem-

24 Tempore vestitus nouitiorum mensa sit frugalis, & religiosa actione digna: neq; admittantur alij, tum ex nostris alterius Collegij sine Gen. vel Prou. licentia, neq; laici nisi vestiẽdo valde propinqui, & pauci. *Mon. Cap. Gen.* 1623.

NOVITIORVM LOCVS.

1 In vnaquaque Prou. arbitrio Cap. Gen. constituatur Nouitiatus à Modoetiensi non dissimilis; vbi omnes in ea Prou. recepti instituantur. *C. l.* 1. *c.* 4.

2 Mittantur ad hæc Collegia Nouitij cum pecunijs, & rebus ab initio promissis pro alimentis: nec Collegia, à quibus mittuntur ea retineant, quæ pro huiusmodi subsidio esse possint necessaria, vel vtilia. *Mon. Cap. Gen.* 1631.

3 Præp. loci sit idem, ac Magister Nouitiorum. *Const. Ib.*

4 Habitent ibi duo alij Sacerdotes, aut plures pro loci qualitate, qui sanctitate, & sanitate possint in regulari obseruantia cæteris antecedere, & proximorum saluti ex instituto nostro incumbere. *Ib.*

5 In his, & Præp. stet Capitulum, quod vtatur eadem administrationis ratione, ac alia Collegia. *Ibidem.*

6 Habitent, & ibi duo, vel plures Conuersi, & ex his sufficiet vnus Professus, si per alios non professos satisfieri possit necessitatibus, qui alijs informandis exemplo prosint. *Ib.*

7 Deficiente loco opportuno ad Nouitiatum constituendum, & vrgente necessitate, eundem in Collegio aliquo communi esse; Capitulum Generale deligat, vbi scholæ non sint, neq; Præp. Gen. resideat, & vbi frequentia loci Nouitijs non obsit. *Ibid.*

8 Eo casu alius sit à Præposito Nouitiorum Magister, & sit proprium conclaue, quò nulli non Nouitio sine Magistri concessu aditus pateat. *Ib.*

9 Neq; Nouitijs sit liberum cum alijs licentius versari, multoq; minus in familiaritatem venire. *Ib.*

NOVITIORVM MAGISTER.

1 Ante alios Præp. eligatur. *C. l.* 10. *c.* 14.

2 Sit sanctitate, vsu, auctoritate, docendi ratione, mansuetudine; suaui Christi Iugo assuefacere valeat sæculo renuntiantes; Hicq; sit, & Præpositus Nouitiatus. *Constit. l.* 1. *cap.* 4.

3 Sit alius à Præp. si Nouitiatus sit in Collegio communi. *Ib.*

4 Ab alijs officijs, & muneribus quantum fieri potest se auocet, & Sanctorum scriptis edoctus Nouitios perfectè instruere curet. *Ib.*

5 Charitatem, solidam pietatem, sui abnegationem, obedientiam, paupertatem, castitatem, Institutorum nostrorum disciplinam, modestiam, in Nouitijs suis inserat. *Ibidem.*

6 Exerceat humilioribus mini-

sterijs

sterijs ad domesticum vsum obeundis; in studio mortificationis, in accusationibus, & venijs humiliter petendis, in patefaciendo omnem animi statum, perturbationes, tentationes, & spiritualem pacem. *Ib.*

7 Studeat cognoscere omnem omninò illorum sensum, & affectus, perceptum in orationibus, & Sacramentis fructum; quid quisque legat, aut scribat.

8 Solutam inter eos consuetudinem, & libera colloquia ne patiatur: præcipuas amicitias prudenter disiungat: in familiaritatem professorum venire non permittat: colloquium extraneorum; quicunque ij sint, nisi graui de causa concedat: tuncq; sit ipse præsens, vel saltem alius ab illo delectus etiam cum aliquid illorum animis recreandis conceditur, qua in re, decori, & honestati sit locus. *Ibid.*

9 Alia lectione, vel scriptione ne patiatur eos implicari, prætérquam ad informandos mores, vel disciplinam regularem capescendã.

10 Eorum confessiones audiat in Ecclesia quantum fieri potest; quod si in cubiculo audire contingat, pateat ostium. *Ibid.*

11 Extrardinarium Confessarium quando expedire iudicauerit det illis aliquando. *Ibid.*

12 Collationes, & Capitula, quæ communiter quoq; præscripta sunt, frequenter habeat. *Ib.*

13 Ne omitti permittat vsus proficuus detegendi propriæ animæ statum, vt dicunt, conferentiam, neq; vsus laudabilis petendi mortificationem, humilitatis, & pœnitentiæ exercitia in publico. *Mon. Cap. Gen. 1632.*

14 De Nouitiorum professorũ Magistro plura habes infra.

V. Nouitij Professi.

NOVITIORVM DISCIPLINA.

1 Nouitiatum ingressi humilem tunicam induant, decensq; biretum ex panno laneo more Conuersorum, nisi fuerint in sæculo Clericali habitu, vel Sacerdotes, tunc enim vsuale biretum more Clericorum deferent.

2 Hunc habitum sumẽt ad præscriptum *Cærem. l. 3. c. 3.*

3 In hoc permaneant donec habitum Congregationis suscipere, mereantur, & nullo interim adiecto, nisi quam minimo honoris titulo, poterunt appellari. *Reg. nouit. cap. 5.*

4 Spirituales exercitationes per quindecim, vel viginti dies arbitrio Magistri, segregati à cæterorum colloquio obeant, & generalem ante actæ vitæ confessionem. *Ibid. cap. 1. & Const. l. 1. c. 3.*

5 Omne tẽtationum genus Patri Spirituali confestim aperiant, eiq; plene confidant tanquam filij, vel eius vices gerenti, & multo magis Visitatoribus, & Patri Gen. cui etiam aliquando dare literas possint si opus sit. *Ibid. cap. 2.*

6 Om-

6 Omnino bis in hebdomada, bona siue mala cogitata, tentamenta, consolationes, & statum suum vniuersum Patri Spirituali communicent. *Ibidem*.

7 Caueant, maximè qui prouecta iam ætate ingrediuntur, ne Cong. instituta, functiones, vel administrationis rationem audeant iudicare. *Ibid. cap.* 3.

8 Propriam voluntatem infringant, & Patri Spirituali aperiant proprias propensiones vt de remedio curetur. *Ibid. cap.* 4.

9 Adhuc non professi, studeant ita se se regulari disciplinæ conformare, ac si professi essent. *Ib. c.* 5.

10 Superioribus sine mora pareant; iussa non expectent: vbi eorum voluntas explorata fuerit, non hæreant animo: simpliciter agant, humiliter exequantur cum omni in Deum fiducia. *Ibid. cap.* 6.

11 Quidquid agunt, ex Superioris voluntate fit. *Ibidem*.

12 Sine hac prohibentur nouitij Pœnitentiæ opera aliqua præstare: vigiliæ: omissio statæ quietis, aut illius dilatio; collocutio cũ extraneis; accessus ad Ianuam: ad hospitium, aut domum inuisendam aliquem inuitare: accipere, vel scribere epistolas antequam Superior eas viderit; aut facultatem scribendi fecerit: exaratas non ostendere Superiori: insinuare se se in rem aliquam agendam à Superiore sibi nõ delatam, sine eiusdem concessu. *Ibidem*.

13 Salutare extraneos familiares possunt, cum aliter se eximere ab ea obligatione non possint. *Ib.*

14 Interpellati ad loquendum, antequam facultatem impetrarint, etiam si à Patribus nostris, & fratribus alterius Collegij, modeste se excusent quoad vsq; loquendi veniam impetrarint: impetrata vero cito se à colloquio expediant. *Ib.*

15 Non quiescant supini: cum fœminis demissis oculis vbi vrgeat occasio, loquantur, & breuibus se expediant: & missæ dum intersunt, ne in mulierem aliquam conuersi maneant. *Ibid. cap.* 7.

16 Quidquid secum à sæculo portarint, in manus Patris sui deponant. *Ibidem cap.* 8.

17 Quidquid contigerit aliquẽ relinquere Congregationi, vel alicui Collegio, caueat ne suum esse iactitet post professionem. *Ibid.*

18 Nullius rei licet minimæ affectione, ne capiantur. *Ibidem*.

19 Ne alijs ad vsum sibi destinata, aut extraneis dare, nihil accipere, vel procurare præsumant sine Sup. concessu. *Ibidem*.

20 Sint in rebus tam corpori, quam cubiculis parandis necessarijs, contenti. *Ibidem*.

21 Bis in hebdomada reddant rationem Patri Spirituali fructus, quem perceperint ex oratione mentali. *Ibid. cap.* 9.

22 Ad orationem ne accedant imparati

imparati: post illam vero ne in risum, nugas, & id genus alia dissolvantur. *Ibidem*.

23 Piè afficiantur erga Sanctos quorum nomina deferunt: S. Paulum: peculiariter erga B. V. quotidiana, & consueta eiusdem officij parui recitatione in oratorio. *Ibidem*.

24 Vespere conscientiam de more examinent: & aqua benedicta aspersi silentio vtantur ad proximam diem sequentem, & loquendi facultatem, vel communiter in choro, vel extra impetrent à Patre suo, vel eius Vicario, quando illum conuenire non possint. *Ib.*

25 Dato diuinorum officiorũ signo, ab omni opere quod præ manibus habent cito se expediant, vt ad secundum signum ad præstitum locum prompti sint, vnde bini in chorum procedant. *Ib. cap.* 10.

26. Præeant inter non vestitos qui nouissime sunt recepti: Inter vestitos, qui vltimo habitum susceperunt: inter professos, recentiores. *Ibidem*.

27 Sacerdotes, omnibus anteferantur. *Ibid.*

28 Hæc eadem ratio seruetur in omni alia actione. *Ibid.*

29 Choro, ne quis abstineat sine Superioris concessu. *Ib.*

30 Tarde accedentes, excusationem habeant eidem Superiori choro absoluto. *Ibidem*.

31 Qui in chorum non conuenerit Matutino tempore, & absoluto, loquendi facultatem cum benedictione petat à Superiore. *Ib.*

32 Idem intelligatur de psalmodia B. V. recitanda, deq; alijs eiusmodi communibus actionibus. *Ib.*

33 Præscriptam chori disciplinam, de qua superius V. *Chori disciplina*, & eiusdem formulam seruent, & præscriptam rationem inseruiendi Missis, de qua *Cærem. lib.* 1. *cap.* 10. *&c.* 7.

34 Sacerdotes Nouitij per duos vel tres menses ex quo recepti fuerint, abstineant pœnitus à sacrificio conficiendo; sed exerceantur in Missis seruiendis. *Ib.*

35 Qui nondum habitum susceperunt, nisi Clerici iam essent, Missæ ne inseruiant. *Ib.*

36 Nullus nouitius aliqua ex parte horarias preces omittat si in choro non fuerit sine Superioris concessu. *Ibidem*.

37. Præuia de more confessione, & facultate cum omni humilitate à Superiori, bis & sedulo, si à Deo vocentur, & denegetur, petita, & impetrata, communicent, singulis festis ex præcepto; quarta, & sexta feria, & iusta de causa, certa aliqua die de Patris consensu; sine quo statis diebus nullus abstineat. *Ibidem cap.* 12.

38 Priuatim, & in commune, saltem statis, & præscriptis à Patre diebus se præparent. *Ib.*

39 Linteati, vel cum extima talari

talari veste induti accedant; Pallio qui habitum adhuc non susceperint, & Clerici non fuerint: Superpelliceo qui Clerici; Sacerdotes linteati & non sine stola; Conuersi verò palliati. *Ibid.*

40 Omnes licet Sacerdotes, reddant rationem Patri suo, fructus, quem ex Missa, & Communione perceperint, cum cæteras res suas communicabunt. *Ibid.*

41 Sine Patris permissu carnis macerationem aliquam ne ineant. *Ibid. cap.* 13.

42 In collationibus culparum, vbi aliquem se accusantem erroris, nouitius audierit, & ipse illius se conscium agnouerit, protinus in genua procumbat, & errorem suũ confiteatur. *Ibid. c.* 14.

43 De grauioribus coram Patre se accusent, & ex animo amplectantur pænam se se de illis in cænaculo accusandi. *Ibidem*.

44 Adhibeant salutarem rationem se priuatim accusandi, & submittendi se se alijs genuflexos quos offenderint, vt veniam implorent. *Ibidem*.

45 Tempore Nouitiatus non nisi spiritualibus libris à Patre decernendis incumbant, & eo inconsulto, ne alium legere præsumant. *Ibid. cap.* 15.

46 In aliena officia nullus se propria auctoritate ingerat. *Ibid. cap.* 16.

47 Inter primum, & secundum accubationis signum nullus nisi ex officio in cænaculo moretur. *Ib.*

48 Prætextu vacandi suis officijs, ne quis domum obambulet tempore recessus, vel quietis maximè.

49 Ab alienis officijs nisi de Præfecti concessu nihil dimoueant; accomodata si quæ sunt, curent restitui: culpas in obeundis ministerijs in Capitulo culparum denuntient nulla facta certæ personæ mentione. *Ibidem*.

50 Præueniant omnes actiones oratione. *Actiones, &c.*

51 Ad sancta humilitatis officia, quæ in hebdomada vicissim fiunt, prompti sint. *Ibid.*

52 Octauo quoq; die cubicula, & vestes expurgent; faciem, ne abstergant, vbi manus exterguntur *Ibid. cap.* 17.

53 Assurgentes primo mane lectum operiant, mox verò quam primum component. *Ib.*

54 Immundos pannos ad præstitutum locum illico deferant; nullus vero preter ad quotidianum vsum necessarium in cubiculo detineat. *Ib.*

55 Cum superioribus ne se habeant familiarius, cumq; illos adeunt, postulent se prius benedici genuflexi, dicentes: *Benedicite*, cæteris occasionibus satis erit caput detegere, seq; illis inclinare. *Ib. c.* 18.

56 Secum dissolute ne versentur neque nimia familiaritate

vtantur: ne extra tempus præscriptum collocutionibus vtantur: ne manibus colludant, contingant inuicem nisi ex necessitate, irrideant, confundant, mordaciter appetant. *Ib.*

57 Sint vna simul quantum fieri potest; neq; duo seorsim sint ab alijs; multo minus in loco secreto, aut alter vni singularem familiaritatẽ, & propensionem demonstret. *Ib.*

58 De spiritualibus sit sermo; ita vt nullus se magistrum profiteatur. *Ibidem.*

59 Tentationes alter alteri ne patefaciat, & ne verbum quidem faciat, nec alienis quis studijs, aut occupationibus intelligendis immisceat, neq; agat de statu Cong., non regulas, & instituta interpraetari, aut definire quid conuenientius audeat. *Ibid.*

60 Obuiam facti se inuicem salutent; sed Sacerdotibus aliquo modo se inclinent. *Ib.*

61 Alterius cubiculum nisi ex necessitate nullus ingrediatur, neq; in ostium introeat, sed modeste dato signo foras alterum euocet, neque ad fenestras colloquatur. *Ibidem.*

62 Cubicula ne clauibus obserantur, nisi de nocte, & in secretiori aliqua necessitate, quo casu clauis foris extet. *Ib.*

63 Dato accubandi signo manus lauent; ingressi cænaculũ, profundè inclinentur Crocifixo: ingredientibus Sacerdotibus se se non nihil inclinent, aliquantulum magis, Præposito. *Ib. cap* 19.

64 Non nisi dato signo comedere incipiant. *Ib.*

65 Ne verbum quidem inter se colloquantur, aut circumspiciant quid alijs apponitur, & vbi loqui necesse sit, prius facultatem petant ab eo, qui maior accumbit.

66 Nihil obstrepant incisione: Modico sale vtantur: non auide comedant. *Ib.*

67 Maculantes mappam, vel mantile, accusationis loco, stantes Angelicam salutationem recitent. *Ibidem.*

68 Cito se expediant, vt cum alijs assurgere possint, ne tamen præproperi sint. *Ib.*

69 Dato signo surgendi, id præstent sine strepitu. Recedentes à suis locis, bini in medium profunde se se inclinent Crucifixo, & abeant vel in Chorũ mane, vel extra cænaculi fores Superiorem salutaturi. *Ibidem.*

NOVITIORVM DIMISSIO.

1 Intererit, vt horum ratio habeatur.

An corporis morbo, vel vitio animi, aut alio impedimento dimittendus aliquis videatur Nouitius.

An caussa propter quam dimitti debet, antequã reciperetur, vel vestiretur cognita fuerit: & vtrum ab ipso occultata.

Vtrum

Vtrum iam receptum, vel vestitum morbus aliquis oppresserit.

Vtrum forte ex aliquo ministerio in Cong. illum contraxerit.

An existimatio Cong. ex tali dimissione detrimentum patiatur.

Quomodo dimittendi saluti, famæ, & ædificationi consulatur. *Hæc Const. lib. 1. cap. 6.*

2 Dimissionis causæ potissimæ erunt.

Si quis votis præstandis naturam valde repugnantem habeat.

Si moribus, paci, ac tranquillitati Congreg. contrarijs sit, vel ad infirmiores quoquomodo deprauandos accomodatis. *Ib.*

3 Omnino, quantum fieri poterit sine ignominia dimittendi, fiat, & vt bonæ dimissi famæ apud domesticos consulatur, curetur. *Ib.*

4 Quæcunq; ille attulerit, reddantur, nisi forte quid fuerit in eius vsum consumptum; aut quid Congreg. recte dedisset: quod tamen, an illi reddendum sit, iudicet Gener. vel Prou. *Ib.*

5 Cũ habitu Cong. nullus abire permittatur.

6 Dimissionis faciendæ caussas, & sententiam suam, Præp. nouitiatus cum vocalibus suis, Præp. Gen. exponet. *Ib.*

7 Formulam literarum idcirco scribendarũ pro Clerico, vel Conuerso dimittendo habes in formular. *pag. 333.*

8 Generalis cum Assistentium consensu deliberet quid faciendum sit. *Const. Ib.*

NOVITIORVM

Iterata receptio.

Vide V. *Dimissio.*

NOVITIORVM

Professio.

1 Anno ab habitu suscepto elapso, Generalis, vel Prou. habito, Præp. Nouitiatus, & vocalium, vt dictum est de vestitu tradendo, & item visitatorum testimonio de vniuscuiusque professione facienda, cum consensu illorum qui in receptionis negotio adhibentur, decernat: & ad certiorẽ rei notitiã habendam, veniat in rem præsentẽ Generalis, si cõmodè possit, & desint Prouinciæ, vel Prouincialis si Prouinciæ fuerint. *Const. l. 1. c. 5.*

2 Prius tamen professuri volũtatem inuestiget, & Præp. Nouitiatus specialiter disponat, & tentet, errata sua obijciendo, mortificando, & semel ac iterum periculum faciendo. *Ibid.*

3 Si post annum admittendus non videatur, & spes virtutis appareat, possit à Gen., vel Prou. cum consensu Assistentium, vel consultorum ad alterum annum protrahi professio, quo tempore, vel admittatur, vel dimittatur. *Ibid.*

4 Si admittendus videatur, scribat Præp. Nouitiatus ad Gen. vel Prou. vt ex formulario pag. 26.

5 Scribat autem de his, 5.

De Confessione generali sex men-

menſium.

De ſpe progreſſus in regulari diſciplina.

De tractatu habito in Capitulo locali circa profeſſionem faciendam.

De ſpiritualibus exercitationibus factis.

De diligentia facta ad illius voluntatem plene cognoſcendam.

De periculo pluries facto de eo circa mortificationem.

De denuntiatione decreti, vt ſupra de veſtitu.

Inſuper quid ipſe in hac re, & de profeſſuri eruditione ſentiat. *Ex formul. pag.* 16.

6 Vocales item ſcribant iuditium ſuum, ad formam prædictam. *Ibidem*.

7 Viſitatores Generales dent, & ipſi teſtimonium de profeſſuro ad formulam, *Ibid. pag.* 27. procurandum à Præp. Nouit. *Declar. Conſt. l.* 1. *c.* 5. *anno* 1582.

8 Mittantur literę Capitulares, Præpoſiti, & vocalium cum teſtimonio Viſitatorum, & teſtimonialibus de enunciatione decreti ad P. Gen. vel Prou.

9 Paulo ante Profeſſionem curent Præp. nouitiorum vt nouitij emittant fidei Profeſſionem in manibus Gener. vel Prou. vel delegati ad formam à Pio V. traditam. *Decr. Cap. Gen.* 1623. & notetur id in libro Actorum Collegij. *Cærem. l.* 3. *c.* 5.

10 Fiat profeſſio coram Gen., vel Prou. aut Delegato publicè in Eccleſia cæteris fratribus præſentibus ritu, & formula præſcripta, & emittat profeſſurus tria vota, obedientiæ, caſtitatis, & paupertatis ad formulam in *Conſt. l.* 1. *c.* 5. *pag.* 28. quam ipſe profeſſurus ſcribat, & de ſcripto præſentibus fratribus pronuntiet, & omiſſa profeſſione ſtatim ſcribat, & ſubſcribat in libro ad id parato, & ſi ſcribere neſciat, ſuppleat alius eius nomine, & huic profeſſionis Codici adhibeatur fides, ſi caſus eueniat. *Conſt. ibid. & formul. pag.* 28.

11 Formulam ſeruandam a Conuerſo profeſſuro quæ vulgari idiomate exprimi debet, habes in formul. *pag.* 30.

12 Si Conuerſus ſcribere neſciat, alius pro illo ſcribat, & ſubſcribat, qui ſit Sacerdos profeſſus ex noſtris, & ſeruet formulam. *ex formul. pag.* 31.

13 Emiſſa Profeſſione, extra ſolemnem tamen actum, iuret Clericus de non procuranda dignitate, vel officio ex formula in *Conſt. l.* 1. *c.* 5. *& formular. pag.* 29. *deſcripta*.

14 Hanc porro iuramenti formulam eodem libro poſt ſcriptum Profeſſionis, propria manu ſcribat, & ſubſcribat. *Conſt. Ibidem*.

15 Formulas profeſſionis & iuramenti curet Cancellarius vt profeſſurus ſcribat, & ita deſcriptas

præ-

præſentibus fratribus pronunciet; & poſtquam pronunciauerit, ſtatim in libello, de quo ſupra, iterum ſcribat, & ſubſcribat in formam deſcriptam *in formul. pag.* 29.

16 Deinde Cancellarius Generalis, vel Prou. ſeu, illis abſentibus, Cancellarius Collegij pro ipſo teſtificetur, actum ꝗ conficiat in eodem libro poſt profeſſionis eius ſcriptum ad formam *in formul. pag.* 30.

17 Huius profeſſionis, & iuramenti exemplaria Præp. Nouitiorum, vel eius Cancellarius mittat ad Archiuium Præp. Gen. vt ſeruētur. *Ex form. Prouincialis Præp.*

18 Emiſſæ profeſſionis delegatus det teſtimonium Generali vel Prou. *ad formul. pag.* 31.

19 Vbi differenda videatur à Cap. locali alicuius Profeſſio, hac de re ſcribat Præp. localis ad Gen. vel Prou. ad formam in formul. deſcriptam *pag.* 32.

20 Quilibet etiam vocalis ſententiam ſuam ſcribat, quamobrem differendam profeſſionem cenſeat *Ibid.*

21 Quo ad diſpoſitionem bonorum ante profeſſionem faciendam, nihil omninò innuatur, quominus libere quidque cui velint, diſtribuant Nouitij. *Conſt. lib.* 1. *c.* 4.

22 Si renuntiatio aliqua facienda fit, aut quid Congregationi dare velint, ne fiat aduerſus ſanctiones Conc. Trid. *Ibidem.*

23 De menſa frugali tempore profeſſionis adhibenda, & perſonis & earum numero, qualitate, & modo admittendis. *Vide ſup. V. Nouitiorum veſtitus.*

NOVITII PROFESSI.

1 In Nouitiatu quilibet maneat anno pòſt profeſſionē, & vltra arbitrio Præp. Gen. Idem præſtent Conuerſi, ſaltem per annum, niſi Gen. vel Prou. aliter ex cauſſa ſtatuat. *Conſt. l.* 1. *c.* 4.

2 Item, & ætate prouecti ſaltē per annum, & ſi ſunt Sacerdotes abſtineant à confeſſionibus, & concionibus. *Decr. C. G.* 1617. 1626.

3 De Nouitiatu educti ſi ad locum ſtudiorum non mittuntur, detinentur vbi in ſuſcepta diſciplina perfectius teneri poſſint. *Ibid.*

4 Ad quadriennium à Nouitiorum inſtitutis quatenus fieri poſſit non diſcedant, niſi ob maturam ætatem aliter Gen., vel Prou. decernat. *Ibidem.* aut tempus producat. *De diſc. eorum, qui è nouit. educuntur.*

5 Regulas Nouitiorum ſeruent, & perſeuerent in earum obſeruatione ex præſcripto Superiorum. *Reg. Nou. c.* 19.

6 Eorum domicilium conſtituatur in interiori Collegio, vbi cubicula habeant, & ſemper morētur ab aliorum conſuetudine quantum fieri poteſt ſeparati, quæ conſuetudo, & conuerſatio intelligatur etiam extra Collegium, & quocunque

que

que loco præscripta, itaut, ne ægroti quidem visendi causa clausa intelligatur *De Discip. eorum, qui e Nouit. &c.*

7 In hoc domicilium nulli sit aditus sine Præpos. aut Confessarij concessu. *Ibid.*

8 Inde ne exeant Nouitij, sine Confessarij, vel substituti concessu, & exprimant quo sint ituri.

9 Habeatur inibi oratorium, vbi collationes, & capitula habeantur, & confessiones audiantur. *Ib.*

10 In hoc conuenient, bini ad chorum ituri, & in idem reuersuri. *Ibidem.*

11 Eligatur in Magistrum confessarium Sacerdos à P. Generali de Præp. Collegij consilio, qui de Nouitijs integram curam gerat, & cum ipsis in eodem domicilio assidue permaneat, & si opus sit, detur substitutus. *Ibid.*

12 Audiet eorum confessiones, communicandi facultatem dabit, spirituales & literarias exercitationes moderabitur: literarum rationem vel ipse, vel destinatus in hanc Prouinciam cum illius participatione præscribet. *Ibid.*

13 Spiritum nouitialem in eis conseruet, interiores animi motus inuestiget; aperiri sibi intimos sensus procuret, & in hanc rem certos dies statuat, vt singillatim cum omnibus agat, de spirituali progressu exquirat, de animi statu, & tentationibus, & quidquid facto opus sit præscribat. *Ibid.*

14 Curet ab omnibus haberi, & legi regulas nouitiorum, & ex ijs aliquid in collationibus legi.

15 Has verò, & Capitula culparum à communibus separatim cum ijs habebit diebus festis, itaut qua hebdomada commune Capitulum fuit culparum, habeatur in nouitiatu collatio spiritualis, & vice versa. *Ibid.*

16 In his agatur potissimum de ijs, quæ spectant ad confirmandum nouitium in suscepta disciplina, cum qua curet coniungi spiritualē hilaritatem. *Ibidem.*

17 De huiusmodi cura & singulorum statu frequenter communicet cum Præposito, à cuius administratione ne discordet, & cuius auctoritas his regulis nihil minuta intelligitur. *Ibidem.*

Idem quoque Præp. vicissim exquirat à Confessario quomodo res tota se habeat, & quandoque Nouitiorum confessiones audiet. *Ibidem.*

18 Nullus præter Præp. & Confessarium aliquam vitæ rationem tradat, sed ne alloquatur quidem; neq; ipsi officiales, quibus si quod opus est, communicent cum Præp. vel Confessario. *Ibidem.*

19 Hebdomadaria ministeria ipse confessarius distribuat; his verò diuturniora dentur cum consilio confessarij ab ijs, quibus spectat. *Ibidem.*

20 La-

20 Latino sermone vtantur Nouitij, exceptis statis horis ad animum recreandum. *Ibid.*

21 Non Nouitio, ne socij assignentur ad exeundum domo, nisi aliter expedire iudicauerit Præp.

22 Quidquid Nouitijs opus fuerit curet Cõfessarius per officiales, & constituere poterit procuratorem ex Nouitijs qui indumenta reficienda, reconcinnanda, & reddenda curet. *Ibid.*

23 Opportunæ recreandi rationes ne prætermittantur. *Ibid.*

24 Singula hebdomada, ad hoc vacua dies statuatur. Ad animum recreandum ibunt omnes simul. Ludus apud nos inusitatus ne introducatur, sine Generalis consensu. *Ibid.*

25 Epularis recreatio, ientaculaue, raro, & cum magna parsimonia permittantur. *Ibidem.*

26 Præter statam diem alias quoque dare poterit Confessarius, vel omnibus, vel horum aliquibus ad animum recreandum, si indigere aduertat, si tamen liceat per occupationem, vel ratio temporis postulet. *Ibid.*

27 Obseruabit vero diligentissime Confessarius singulorum valetudinem, corporis conditionem, & temporis opportunitatem. *Ibid.*

28 Recreationi, vel ipse Confessarius, vel alius electus à Præp. intersit, & tàm nostri, quàm extranei, omnino arceantur. *Ib.* coram quibus, & vbi ipsi, sint ne recreatio habeatur, & vbi deambulantes, ad aliena loca perueniunt, ne ibi diutius immorentur ad extraneorum præsentiam. *Ibid.*

29 Hæc eadem seruentur in Villis nostris, vbi per plures dies morari continget. *Ib.*

30 Fructus, & huiusmodi comedendi, liberam potestatem ne faciat, sed singillatim concedat. *Ib.*

31 Omnino caueat ne sanitati periculum fiat: vt obedientia in omnibus seruetur: vt Missæ quotidie intersint: horariæ preces simul stato loco recitentur: lectio ad mensam saltem ad dimidium spatium habeatur: ne omittatur omnino oratio mentalis: nec vespertinum examen conscientiæ cum aspersione aquæ benedictæ, & silentio, vtque mane loquendi facultas cum benedictione petatur.

32 In eas villas vbi separatim cubandi commodum desideratur ne facile mittantur. *Ibid.*

33 Si per numerum in aliquo Collegio à Nouitijs hæ regulæ seruari non possunt; curet Præp. per se, vel per alium seruari quantum fieri potest ad rationem hic præscriptam. *Ib.*

34 Id quoque præstetur erga Conuersos intra quadriennij tempus, & in regulari disciplina, deuotione, mortificatione inuentur. *Ib.*

35 Has regulas confessarius leget coram Præp. in fine autumni ante

ante quadragesimam, & post festa Paschalia; & ambo recognoscant, an omnia in his contenta plene seruentur. *Ib.*

OBEDIENTIA.

... ni Superiorum iussis, siue scripto contineantur, siue voce tantum omnes plene obedire studeant; etiam in ijs, de quibus nihil expressum est, quodque Superiorum voluntati magis consentaneum esse existiment. *C. l. 2. c. 1.*

2 Minoribus quoq; officialibus in ijs quæ ad eorum officia pertinent obediant. *Ib.*

3 Qui difficilem se ad obediendum præbuerit, vel arbitrio Superioris non contentus, alicuius fauore, vel auctoritate ad vota sua explenda vsus fuerit; aut verò pro alio, aut contra alium hoc communiserit, seuerè pro modo culpæ puniatur. *Ibid.*

4 Et quidem iure suffragij ipso facto sit priuatus, & excommunicationis latæ sententiæ P. Generali reseruatæ subiaceat: quam tamen pœnam Generalis, & Assistentes pro modo culpæ moderari poterunt. *Dec. Cap. Gen.* 1602. 1623. 1626. 1638.

5 Quæcunq; ei facienda occurrent omnia cum Superiore communicabunt. *Con. lib. 2. cap. 1.*

6 Nullus suscipiat negotium, vel curam, licet ad pietatem exercendam pertineat, sine eiusdem concessu. *Ibidem.*

7 Si ex Institutis nostris, contigerit suscipi curam aliquam seu negocium extra Cong.; quæ ad illud pertinebunt, cum Superiore communicet. Quod si quis impedire velit, potius curatio illa erit relinquenda. *Ibid.*

8 Ne quis ab extraneis consultus, in scriptis respondeat, nisi prius Præp. vel alius ab eo electus sententiam probarit. *Dec. Cap. Gen.* 161...

9 Sine Superioris, vel eorum, ad quos spectat, concessu, nullus sibi quidquam paret, vel dari, aut parari curet, aut accipiat siue a domesticis, siue extraneis, etiam ad valetudinem tuendam. *Const. Ibid.*

10 Nemo literas ad aliquem det, aut ab alio acceptas aperiat, antequam eas Superiori ostenderit: & qui reddendas accipit, prius ad superiorem defferat; quam ei reddat, ad quem datæ sunt. *Ibid.* *V. V. Literæ. plura.*

11 Neq; aliquis quidquã restituendum accipiat sine concessu eiusdem Superioris, neq; quidquã petat, aut accipiat in eleemosynas erogandum, & ipsa tam erogatio, quàm restitutio, si libera est, referatur ad eiusdem arbitrium. *Ibid.*

12 Caueatur tamen hac in re, ne periculum aliquod fiat sigillo confessionis. *Ibid.*

13 Si aliquantisper retinenda sit pecunia data hac de causa; nemo apud se habeat; sed in area communis pecuniæ referatur. *Ib.*

14 Licentiam itineris faciendi per triduum possit dare Præp. localis, vel si negotiorum caussa ad domesticas possessiones profecturus sit aliquis; secus sit Gen. vel Prou. mandare, non tamen poterit Prouincialis, si quis vltra fines suæ Prou. profecturus sit. *Ib.*

15 In itinere quilibet habeat literas sui Superioris commendatitias, sine quibus in alijs Collegijs ne recipiatur. Item, si in aliquo Collegio quis moraturus sit. *Ibid.*

16 Domo nullus exeat sine facultate, benedictione, & comite, aperiens quo sit iturus, neque alio diuertens. *Ibid.*

17 Vbi Collegia non sunt, nullus comedat apud extraneos, nisi Superior id alicui pia de caussa concedat. *Ibid.*

18 Quilibet promptus sit ad officia, conuentus, ministeria, & ad omnia obedientiæ signa. *Ib.*

19 Omnes regulæ, & præscriptiones ad obedientiam referuntur. *Ibid.*

20 Qui contra constitutiones, formulas, decreta Congreg. nostræ peccans, in sui excusationem allegauerit consuetudinem, omnino ne audiatur. *Dec. Cap. Gen.* 1633.

21 Nullus ex nostris sine licentia Præp. Gen. cum consensu omnium, & singulorum Assistentium audeat pueros edocendos suscipere quacunque de caussa. Superior verò qui contra hoc Decretum fecerit, aut fieri ab alijs permiserit, ipso facto sit ab officio suspensus. *Ibid.* 1641.

22 Licentia pro Missa celebranda petatur, vt moris est, à Superiore Collegij, quo diutius ob infirmitatem decumbente, sufficit, vt à Vic. eadem petatur. *Mon. Cap. Gen.* 1623.

23 In aula Principis vel Prælati quouis nomine morari ne permittatur nisi de concessu P. Generalis per breue tempus. *C. l.* 3. *c.* 4.

24 Hæc constitutio non intelligitur de Prælatis nostris in Episcopali gradu constitutis. *Declar. Const. Ib.* 1582.

25 Qui in Choro ad matutinũ cum alijs non fuerint, adsint pro benedictione ad antiphonam B.V. in fine Chori, & qui adhuc præsentes non fuerint debent Superiorem petere statim pro illa. *Const. & Declar. Const. l.* 2. *c.* 14. 1582.

OFFICIALES, & horum electio.

1 In Capitulo Generali ad electionem Præpositorum localium, & Prouincialium, interuenient Generalis, Assistentes, Visitatores, Procurator Generalis, & Cancellarius tantum: & si quis ex his absit, Capitulum alios substituat, eos scilicet, si fieri potest, qui in tali officio quandoq; fuerint. Scrutatores sint Præp. & Procurator Generalis, & Cancellarius, iurati; qui si ad aliquod ex dictis officijs electus sit,

aliud de Capitulo à Generali substituatur, quod quidem locum habeat etiam in superioribus electionibus. *C. l.* 4. *c.* 10.

2 Detur spatium ad considerandum, orandũ, & inquirendum ab ijs nouem, tum inter se, tum ex ijs, qui Præpositi proxime fuerint ad rationem prefinitam supra *Verbo Capitulum Generale* n. & tum de necessitatibus Collegiorum, tũ Prouinciarum, tum de personis, quas non satis norint: qua in re necessariæ tantũ cognitioni, aut notitiæ consulatur.

3 Eadem ratio nominationis, & suffragiorum seruetur; & ad singula Collegia, aut Prouincias nominatio fiat, suffragia dentur, non autem simul. *Ib.*

4 Videatur quantum fieri potest, vt vicissim Præpositi vacent. *Ibid.*

5 Creentur Præpositi in primis ij, quorum cura sit maioris momenti; & ante omnes Præp. Nouitiatus, & Scholarum. *Ib.*

6 Officialium electiones Cancellarius scripto proponat, & euulget.

7 Officiales verò maiores Collegij eliget Præp. localis cum Capitulo suo: ad Vicarium verò officiũ nominet duos Præpositus, vt eorum alter approbetur à Generali, qui & vnum ex nominatis in Procuratorem approbabit. *C. l.* 4. *cap.* 17.

8 Minores eliget solus Præp. cũ Discretis. *Ibid. cap.* 18.

9 Hi omnes permaneant ad annum, & donec noua electio facta fuerit. *Ibid. cap.* 17.

10 Omnes officiales electi officium demandatum ne recusent. *Ibid. cap.* 8.

11 Minoribus quoq; officialibus, in ijs, quæ ad eorum officia pertinent obediendum est. *C. l.* 2. *cap* 1.

12 In eiusmodi electione spectetur prudentia, industria, & rerũ agendarum peritia: corporis valetudo in ijs maxime, qui foris versari debent: ædificatio proximorũ, modestia, & id genus alia. *Ibid. l.* 4. *cap.* 17.

13 Abstineant quantum fieri potest, mercatibus, foris, tribunalibus & publicis eiusmodi locis, curantes potius quantum fieri potest, vt aliorum opera vtantur, etiam si quandoq; contra propriam vtilitatem esse videatur. *Ibid.*

14 A cupiditate, calumnijs, iuris apicibus & sæcularibus moribus alienos se præbeant. *Ibid.*

15 Electi officiales etiam non interpellati, cum omni charitate se gerant, vt nihil necessarium desit quæ pro ratione Instituti nostri, vel fortasse suscepti muneris opus sint, neq; relinquatur alicui alia via aliquid necessarium desiderandi, quã ex communi dispensatione. *Ibid. l.* 2. *c.* 3.

16 Sed

16 Sed ante electiones de singulis officialibus, aut officialium generibus, legantur quæ de illorum officio, & electione in Const. habentur, & sit hæc regula generalis. *C. l. 4. cap. 9.*

17 Modus seruandus in electionibus, fusius habetur. *V. Cap. Gen. V. Assistentium electio. V. Iuramentum.*

18 Curare visus vt aliquis in electionibus priuatis Collegiorum excludatur (nisi id agat cum Superiore suo discrete, & cum charitate,) castigetur à Generali pæna graui. *Mon. Cap. Gen. 1611.*

19 Ad vilia ministeria Collegiorum nostrorũ conduci possunt laici, iudicio Gen. vel Prou. *Ibid. 1623.*

OFFICIA DIVINA.

1 Publicè celebrentur. *Const. l. 2. cap. 5.*

2 In tempore diuinorum officiorum constituendo, studiorum, & lectionum ratio habeatur. *Ibid. l. 3. cap. 5.*

3 Qualibet feria quinta officio 9. lectionũ non impedita recitetur officium Sanctiss. Sacramenti, quatenus liceat per priuilegia nostra sine præiudicio tamen consueti apud nos officij defunctorum. *Dec. Cap. Gen. 1647.*

4 Moriente fratre alicuius Collegij, cui adscriptus est, in hoc ab omnibus, præter Missas, de quibus *V. Missa*, recitetur pro eo officium defunctorum cum tribus nocturnis tribus diebus: alibi vero Clerici dicant officium defunctorum cum tribus nocturnis & vesperis; Conuersi vero Rosarium integrum. *Const. l. 2. cap. 5.*

5 Diuisa Cong. in Prouincias, de ea tantum Prou. intelligatur, in qua illud Collegium fuerit. Moriente Generali fiant suffragia in tota Cong. *Ibid.*

6 Hoc vt præstetur, superior illius Collegij in quo quis moritur, de ea re cæteros admoneat. *ibid.*

7 Pro fratribus defunctis, & fratrum consanguineis, benefactoribus, & horum consanguineis, & ijs qui in Ecclesijs nostris sepulti sunt; singula Hebdomada officium defunctorum dicatur, si ea dies non fuerit impedita officio 9. lectionũ, excepta Hebdomada Sancta, & tẽpore Paschali. *Const. l. 2. cap. 5.*

8 Qui in Choro officio defunctorum non interfuerint, separatim recitare teneantur. *Declar. Const. ad Cap. 5. de diu. off. 1583.*

9 Officium circa cadauer ne fiat, neque obligatio officij dicendi sine Missa solemni, tumbis, & similibus accipiatur, sed potius Parochis demandentur. *Const. l. 2. c. 6.*

10 In casu necessitatis datur facultas hoc officium faciendi cum consensu discretorum, quando s. neq; Præsbyteri id facere velint, neq; alius item, qui nomine nostro id faciat, & scandalum, seu iurisdi-

 dictionis

ctionis periculum imminet, si minus à nobis id fiat. Præfectus autem Cæremoniarum cum socio ex nostris id faciat ad præscriptum Ritualis Romani, & Institutorum nostrorum rationem. *Mon. Cap. Gen.* 1605. 1644.

11 A nostris imposterum rectentur omnia, quæ ab Apost. Sede ad libitum concessa sunt. *Ib.* 1644.

12 Onera perpetua diuinorum officiorum, nisi valde graui de caussa à Cap. Gen. solum examinanda, non accipiantur. *C. l. 2. cap. 5.*

13 Quæ ad tempus sunt & functiones nostras & onera suscepta impedire non possunt, accipiantur cum facultate à Gen. & Assist. approbanda. *Ibid.*

14 Sepultura nemini in Ecclesijs nostris concedatur sine Generalis concessu, qui grauibus tantũ de causis concedet, & multò adhuc restrictius vbi adhuc nostris locus sepulturæ datus non est, quod quidem intelligitur de iure sepulturæ acquirendo ab aliquo, non autem de licentia danda à Præp. Gen. vt aliquis in communi aliquo nostro sepulchro sepeliatur. *Const. l. 2. cap. 5. & Declarat. Ibid.* 1582.

15 Cum autem aliquis sepelitur, ne fiat officium circa cadauer, nec accipiatur obligatio officij dicendi sine Missa solemni, tumbis, & similibus, sed potius Clericis secularibus hæc cura mandetur. *Const. Ib.*

V. V. Hora Canonica, V. Missa, V. Vespera, V. Chori disciplina.

OFFICIORVM VISITATIO.

1 Vicarius visitaturus aliquod ex minoribus officijs, accersito eius officij Præfecto, transferat se ad huiusmodi officij locum cum Discretis. *Reg. de Visit. off.*

2 Tum officij Præfectus, præmia à Vicario oratione de more, benedictionem petat ab eodem Vicario, & legat, vel si legere nesciat, minor ex Discretis, formulam sui officij. *Ibid.*

3 Visitantes, dum legitur, per singula capita interrogent officialẽ de formulæ obseruantia, de impedimentis quominus obseruetur, & de necessarijs in eo munere obeundo, & si quæ opus sunt, memoriæ ergo, notent. *Ibidem.*

4 Vbiq; perlustrent, vt si quid incompositum sit animaduertant. *Ibidem.*

5 Inuentarium officialis conferent cum eo quod est penes Vicarium, tum cum ipsis rebus, quas recognoscent; tam addita notẽt, tum mentionem facient de ijs quę forte desiderabuntur. *Ibidem.*

6 Exquirant superioris visitationis executionem etiam Visitationum Generalium. *Ibidem.*

7 Dimisso officij Pręfecto inter se conferant si quid prouidendum ad Collegij vtilitatem. *Ibid.*

8 Si quæ prouidenda decernuntur, notentur in libro Vicarij, apposito die cum subscriptione Præpositi, & Vicarius quãprimùm parari curabit,

curabit,& scribi in libello ad id parato, à Præfecto officij quæ ab eo sciri opus est. *Ibidem*.

9 Visitabuntur minora officia, & illorũ officinæ eo tempore quod expedire iudicauerit Præp. cum Vicarij, & Discretorum consilio. *Ibidem*.

10 Quatuor maiora officia visitet ipse Præp. Vicarij quidem, & reliquorum vna cum discretis; Discretorum vero, vna cum Vicario. *Ibidem*.

11 Quæ officia non habent certum locum, ita visitentur, vt legatur ab officij Præfecto illius formula, & seruentur alia vt supra, *n.2.3.*

12 Obseruato tẽpore, quo Collegiales omnes sint congregati, colligantur à Superiore omnium cubiculorum claues, & iubeat omnes abesse certo spatio à suis cubiculis, & vno die visitet omnia cubicula vna cum Discretis, & omnia, etiam abscondita, scripta, libros acurate inspiciant: sint ne omnia ad nostram disciplinam accomodata. *Ib.*

13 Cætera quoq; Collegij loca quæ officinæ non sunt, visitent, & si quid prouidendum, notent; sed antequam visitent, legantur hæ regulæ. *Ibidem*.

ORATIO MENTALIS.

1 Ante matutinum, vel post arbitrio superioris, & item post vesperas, vel hyeme ante refectionem vespertinam; omnes in Choro tacitè, menteq; orent per dimidiam horam, & qui Matutinis, vel vespertinis officijs, aut in choro cum alijs non intersunt, separatim teneantur vtsupra orare. *C. l. 2. cap. 6. & Decl. Const. Ibid.*

2 Vbi est consuetudo cantandi officium Corporis Christi post Completorium; ante primas Vesperas fiat oratio mẽtalis per quartam horæ partem, sequenti verò mane fiat ante primã per tres quadrantes horæ, idq; seruetur per totam octauam. *Cærem. l. 2. c. 10.*

3 Possit Superior, præmissa tamen fratribus denuntiatione, protrahere ex caussa spatium consuetum dimidiæ horæ ad alteram dimidiam. *Const. Ibid.*

4 Vacent, & Conuersi huic orationi, Vicario, seu alio illos sæpius docente in hebdomada, quæ sunt meditaturi: neq; initio matutini detur eis licentia loquendi sine necessitate. Superiores autẽ prouideant, vt qui mane non possunt, sicut & ij, qui studiorum vel negotiorum caussa à prandio exire debent, æstate ante Vesperas orationi mentali incumbant. *Mon. Cap. Gen. 1623.*

5 Antequam cubitum eatur, eadem orationis functio per quartam horę partem pręstetur ad conscientiæ examen faciendum. *Const. Ib. V. V. Exercit. Spirituales.*

ORDINATIO.

1 Omnes aliæ ordinationes cuiuscunq; generis, Constitutionibus nostris

nostris antiquatæ intelligantur. *C. l. 1. c. 1.*

2 Qui contra Constitutiones has, vel ordinationes fecerit, non obligatur sub mort. vel veniali peccato, modo præceptum non intercedat, aut contemptus, vel alio quis iure sit obligatus. *Ibid.*

3 Nemo teneatur pena aliqua, siue in Constit. vel ordinationibus expressa sit, siue Canonum Pœnitentialium descriptione contineatur; nisi cum erratum commiserit, etiam specialiter ei iniuncta sit: idq; nisi ipso facto irrogari constituatur. *Ibid.*

4 Dispensari potest ex caussa in Constitutionibus, modo ordinationibus Cap. Gen. aut Constitutionibus ipsis, aut Superiorum iussione non sit prohibitum. *Ibid.*

5 Ordinatio Capituli Generalis habeatur illa, quæ prima tantum vice fuerit ab eodem Capitulo approbata, & non nisi post tertiam, habeatur constitutio. *Ibid.*

6 Ordinatio verò Capituli, seu eius Decreta, valeant ad sequens tantum Capitulum in ijs solum quę pertinent ad mores, & disciplinam, & alia huiusmodi in Cong. obseruanda; item de electionibus officialium, nisi contra expressum sit: non autem de acceptationibus, seu dimissionibus locorum, legatorū, aut obligationum, & personarum, si aliquando fieri contingant; neq; etiam dę applicationibus bonorū, quæ fiunt alicui Collegio, seu Collegijs, quæ perpetuò, aut pro toto eo tempore, quo factæ fuerint, durare debent. *Const. l. 4. c. 11. & Declar. Ibid.*

7 Neq; item de his, quæ à Prælatis, seu Principibus, aut alijs obtinenda esse decernuntur: neq; etiam vniuersaliter de conuentionibus, seu contractibus, qui cum extraneis fieri debere ordinantur. *Declar. Ib.*

8 Decretum de rebus secretis Cap. Gen. non euulgandis durat per triennium totum, vsq; ad aliud Cap. Gen. *Dec. Cap. Gen. 1602.*

9 Quæ decreta executionē postulant, & in vsum inducenda sunt, curet Gen. vt ex libro Actorum Cap. Gen. fideliter per Cancellarium excepta promulgentur, præsentibus etiam Collegialibus, & quamprimum typis impressa ad Collegia mittantur. *Const. Ibid.*

10 Præp. Gen. sit parcus ordinationibus faciendis; si quæ porro ordinauerit, durabunt tantum vsq; ad finem sui officij. *C. l. 4. c. 12.* cum restrictione tamen vt supra num. 6. 7. *Declar. Const. l. 4. c. 12.*

ORDINATIO, ET ORDINES.

1 Cancellarius Capituli localis notet ordinationes Clericorum, & asseruet in Archiuio. *C. l. 4. c. 17.*

2 Sit Præp. Gen. dare facultatem ordinum quorumcunque suscipiendorum. *C. l. 2. c. 9.*

3 Poterit hanc Prouincialibus communicare. *Ibid.*

Detur

Detur pro ordinandis testimonium de vita, & moribus à Cap. locali. *Ibid.*

4 In hoc Cap. detur Iuramentum. *Dec. Cap. Gen.* 1617.

In eodem Capitulo habeatur ratio diligentiæ ordinandorum, in studijs literarum; id enim valde ad mores pertinere iudicauit Cap. Gen. *Decr.* 1626.

5 Negligentiores arceantur per annos, duos, vel tres arbitrio Generalis. *Decr. Cap. Gen.* 1620.

6 De literis, & scientia fiat periculum antequam mittantur ad examen, p deputatos à Præp. Gen. qui fideliter, & sincere testimoniū perhibeant, ad docendum populum ea, quæ omnibus scire necessarium est ad salutem, & Sacramenta, præsertim pœnitentiæ, ministranda. *Ibid.*

7 Sequantur hi examinatores Canones Conc. Trid. & eorum formulam. *Const. ibid.*

8 Formulas literarum capitulariium pro testimonijs dandis de vita, & moribus admittendorum ad ordines; item testimonij dandi ab examinatoribus habes in formular. pag. 35. 36.

9 Seruentur interstitia Sacris Canonibus præscripta, nisi aliud expedire forte visum fuerit. *Const. ibid. & Conc. Trid. sess. 23. de reform. cap. 4. 11. & seq. cap. 13. 14.*

10 Inter triennium à Professione, ne quis ad ordines sacros admittatur, nisi alicuius ætas, aut virtus aliud postulare videatur Præp. Generali. *Const. ibid.*

11 Qui vt Cōuersi recepti sunt, ad ordines, ne vnquam postea admittantur; sicuti neq; ad habitum Clericalem. *Ibid.*

12 Ordines suscepturi confessionē faciant de sex anteactis mensibus. *C. l. 2. c. 4.*

13 Subdiaconatum, & Præsbyteratum, ante habeant exercitationes spirituales. *C. l. 1. c. 2.*

14 Vna cum litteris Præp. localis, litteras etiam delegationis Prou. vel Gener. in eum qui fidei professionem suscepit, deferre debet ordinandus, & insuper instrumenta ordinum præcedentium ad consuetudinem quarumdam Ecclesiarum, quæ seruetur. *formul. pag.* 38.

15 Quando multi ad eundem ordinem suscipiēdum destinantur, complecti poterunt sub ijsdem litteris. *Ibidem.*

16 Procuretur testimoniū Vicarij Generalis, quo affirmet Episcopum suum sacras ordinationes eò tempore non habiturum. *Ibid.*

17 Formulas autem dimissorialium litterarum ad Episcopos, Vide *in formul. p. 39. & deinceps.*

ORDO SEDENDI.

V. V. Cap. Gen. V. Præcedentia.

PAROCHIA, ET PAROCHVS.

1 Collegia cum animarum curatione adiuncta ne recipiantur. *C. l. 1.*

C. l. 1. c. 7. Decl. Cap. Gen. 1611.

2 An ex caussa temperari debeat hoc decretum, sit iudicium solius Cap. Gen. Const. Ibidem.

3 Officia circa cadauer faciendi obligatio neq; illorum dicendorum sine missa, ne accipiatur, sed eã curã potius ad Parochos deferendam curent nostri. Const. l. 2. cap. 5.

4 Permittitur in nostris Ecclesijs Parochialibus. Declar. Ibid.

5 In Ecclesia tamen Parochiali, cuius curam gerant nostri, cantu, quem firmum vocant, recitare possunt quæ circa cadauer in Ecclesiam illatum eo modo recitare Ecclesiastici iuris est; idq; cum clericis secularibus, qui ei officio intersunt, cum aliter fieri non posse indicetur. Decl. Con. l. 2. c. 5.

6 Ob eandem Parochialis muneris necessitatem in Ecclesia S. Blasij de annulo in Vrbe, Missa cantu firmo pro defunctis à Clericis secularibus celebrari permittitur; & vt nostri possint eos ex necessitate adiuuare, & celebrantis munere fungi, tum quando alij Parochi ad eam Ecclesiam veniunt; tum etiam, cum ad alias Parochias ire vnum ex nostris necesse sit, qui in eadem Ecclesia Parochi munere fungitur. Ibidem.

7 In nostris Ecclesijs Parochialibus detur signum Missæ Parochialis hora competenti, quæ à Gen. vel Prou. designata fuerit Dec. Cap. Gen. 1612.

8 Functiones Parochiales fiant à Parocho ex nostris ad Altare minus, quod illi fuerit assignatum; nõ vero maius: neq; vero impediantur aliæ Missæ, quominus eodem tẽpore celebrari queant. Ib. 1641.

9 Habiturus sermonem intra Missam Parochialem, id præstet finito Euangelio, ante cornu Euangelij stans, cooperto capite, & ibidem poterit etiam promulgare dicta Episcoporum si quæ habet. Cærem. l. 3. cap. 5.

PAVPERTAS.

1 Gradus Paupertatis nostræ is est, vt licet communia bona communiter possidere possimus, nullus tamen aliquid proprium habere possit, C. l. 2. c. 3.

2 Quidquid quisq; attulerit; aut legato, donatione, vel quacunq; hominis, vel iuris dispositione acquisierit; id statim commune intelligatur totius Congregationis, ita ut nullo casu vnquam ius aliquod, siue proprietatis, siue vsus in eo illi competere possit. Ibid.

3 Præp. Gen. de consensu Assistentium alicui Collegio, vel pluribus attribuat: idq; nisi testatorum, vel disponentium voluntas secus se habeat. Ibid.

4 Concessio rei ad vsum alicuius, referatur ad arbitrium Superioris. Ibid.

5 Sine illius concessu nullus re aliqua vti possit neq; disponere de

ijs,

ijs, quæ vtenda accepit, ſed quidquid habet, paratus ſit ſingulis momentis eorumdem nutu relinquere. *Ibid.*

6 Solum neceſſaria quiſq; habeat, & nihil cuique deſit quod pro ratione inſtituti noſtri illi ſit opus. *Ibidem*.

7 Hac in re miniſtri diligentes ſint, & cum charitate ſe gerant. *Ib.*

8 Quidquid offerri contigerit, ſuperiori primum detur, & eius diſpenſationi liberum relinquatur. *Ibidem*.

9 Si certæ perſonæ contemplatione oblatum fuerit, ita Superior, ſi placet, ad vſum concedat, vt contra communes regulas non fiat. *Ibidem*.

10 Suppellex ſingulorum cubiculorum ſit ſolum neceſſaria. *Ibid.*

11 Eſſe poteſt, Imago Chriſti Domini Crucifixi, & altera ad pietatem excitandam: libri pro ratione ſtudiorum, & munerum, Superiorum conceſſu neceſſarij: Veſtimenta pro tempore, & item prodeundi domo, & ad cubandum neceſſaria: *Ibidem*.

12 Alia veſtimenta deferantur in locum communem cum ſuppellectili ad iter opportuna, niſi quis habeat in ſcriptis facultatẽ P. Gen. vel Prou. eam conſeruandi. *Ibid. & Dec. Cap. Gen.* 1629.

13 Nihil eſculentum, aut poculentum: non plumeus lectus, aut conopeo ornatus, non veſtiti parietes habeantur, & in hoc, exemplo præcedant ipſi Superiores. *C. Ib.*

14 Generaliter, nihil tam priuatim, quam in communi ſuperfluum, materia, vel artificio pretioſum, inane, delitioſum habeatur, domi, foris, in itinere, in omni actione, & loco. *Ibidem*.

15 Declarantur etiam prohibita, aurea, & argentea omnia; auro, ebore, argento, margaritis, ebeno ornata, etiamſi parata ad vſum hoſpitum, vt cultelli, forfices, furcillæ, dentiſcalpia, horologia ex puluere, & alia quæuis; immo & Cruces, imagines, agnus Dei, reliquiaria, Breuiaria, Diuina officia B. V. & alia id genus licet videantur ad pietatem excitandam; libri eodem modo ornati, & eorum ſerica ligamina. *Declar. Conſt. Ibid.* 1585.

16 Horologia item rotarum artificio confecta, præter maiora ad vſum Collegij, prohibentur, & imagines artificio, & materia prætioſiores iudicio Præp. localis: armaria quælibet, ſeu arculæ ſcripturarum, aut ad alia continenda teſſulatæ, inaniterue elaboratæ aut à noſtris inſtitutis alienæ. *Ibid.*

17 Non prohibentur ad hoſpitum vſum imagines pulchriores ſi quæ nunc ſunt, aut in poſterum donentur, neq; calculi ex ebeno, neq; res parui momenti arbitrio Præpoſitorum, velut numiſmata quædam aurata parnula, & c. *Ibidem*.

18 Superiores amoueant à cubiculis cum consensu discretorum quæ fuerint contra hanc declarationem. *Mon. Cap. Gen. 1626.*

19 Ædes vrbanæ, & rusticæ, etiamsi hospitum recipiendorum gratia, nil amplum, magnificum, artificio elaboratum admittant. *Ibidem.*

20 Picturæ non nisi in cænaculo, & locis communibus ad pietatem excitandam. *Ibidem.*

21 Supra portam cuiusq; Collegij sit imago recte stans, S. Pauli Apost. *Ibidem.*

22 Ædium ambitus, cubiculorum numerus, locorũ capacitas ad numerum tantum habitaturorum accomodentur. *Ibidem.*

23 Cubicula ad singulorum habitationes, sint in quolibet latere septem communium cubitorum Mediolanen. *Ibidem.*

24 Quæ iam extructa sunt aliena ab institutis nostris, aut imposterum deuenient, sine mutatione possint haberi, nisi quæ sint adeò aliena, vt diruenda, l. dimouenda iudicet Præp. Gen. cum consensu Assist. *Ibidem.*

25 Victus sit simplex: vestitus nihil sericum admittat. nisi ad præscriptum regularum, & de hoc vide latius *V. Vestitus.*

26 Sibi caueant in hoc genere nostri tam priuatim, quam communiter, & in necessitatibus Collegiorum alicui significandis. *Ib.*

27 A pænitentibus, vel amicis, seu propinquis nemini liceat ad proprium vsum quidquam petere, Si quid detur, non conferatur in vsum illius, cui datum est. Si videatur res data, contra communem vsum, vendatur, aut alio modo distrahatur. Si consentanea nobis est; arbitrio Sup. distribuatur. *Dec. Cap. Gen. 1602. 1605.*

28 Nemini liceat pecuniam proprio nomine quasi depositum apud procuratorem, aut ministrum ab expensis, & eo minus apud seculares deponere. *Ibidem 1602.*

29 Nostri iter agentes, pecunias, & res omnes à Collegio, & aliunde acceptas Superiori Collegij, & primo Discretorum simul, à quibus discedunt, resignent, & ferant suum testimonium in sciptis se eas consignasse suo Superiori. Rursus consignent ijs, ad quos migrant, qui & recognoscãt omnia. Idemq; præstent Superiores cum suis Vicarijs, & primis Discretis, à quibus discedunt, & quo accedunt. Si fiat secus, seuere puniantur. *Ibidem 1605. 1620.*

30 In itinere nihil omninò preter viaticum sine Sup. licentia impendant, & cum ad Collegium peruenerint; expensarum in itinere factarum rationem Superiori quo tendunt, statim reddant. *Ibidem 1602.*

31 Idem intelligatur de redeuntibus de Villa, vel de loco possessionum

sionum Collegij. Ad alia vero Collegia accedentes, si amplius, quam per biduum ibi sint moraturi, pecunias omnes apud Procuratorem Collegij deponant. *Ibidem*.

32 Ne Præfecti Ecclesiæ, vel Sacristiæ, neq; alij pecuniam apud se habeant, vel tractent; etiam ad usum peculiarem Ecclesiæ, vel Sacristiæ; sed ea omnis in arca seruetur separatim, nec sine licentia Superioris inde auferatur, & per Procuratorem in destinatos vsus impendatur, cuius rationem peculiari libello idem notabit. *Ib.* 1605.

33 Pecuniæ cuiuscunq; generis in arca asseruētur, cuius due claues, vna vel apud Præp. vel quem ille voluerit, qui & ipse rationes de pecunijs conficiat; altera sit apud Procuratorem. *C. l.* 4. *c.* 17.

34 In vnoquoq; Collegio habeatur liber, in quo scribantur ea, quæ quotidie, vel in dies, credita pecunia emuntur, neq; à mercatoribus dari quidquam permittatur ijs, qui librum secum non tulerint. *Mon. Cap. Gen.* 1605.

35 Superiores quoq; pecuniam ne retineant, sed acceptam, statim in loco suo deponant. *C. l.* 2. *c.* 3.

36 Antequam proficiscantur ad Cap. Generale ferant secū ad idem Capitulum, testimonium firmatum à Vicario, & Discretis se cōsignasse illis Clauem Arcæ, & pecuniam; & Prouinciales idem curent, quando alia ratione Superior deponit officium. *Mon. Ibid.* 1635.

37 Superiores videant, ne per negligentiam, & cupiditatem, fictione aliqua, seu interpretatione, paupertatis, & communis vitæ puritas, quoquō modo violetur, vel praua cōsuetudo irrepat, qua quis apud se, vel apud alios ita aliquid habeat, vt proprietarius dici possit. *C. l.* 2. *c.* 3.

38 Præp. Generalis per se diligenter, & per Visitatores, & Prouinciales, quibus hac in re, si opus sit, auctoritatem specialem conferat, curet, vt Decreta circa paupertatem, tum in Const. tum in Capitalis Gener. sancita seruentur, & transgressores seuerè puniantur. *Mon. Cap. Gen.* 1617.

V. V. Ædificia, V. Victus. V. Vestitus.

PRÆCEDENTIA.

1 Congregationis nostræ officialium ordo hic est. Præpositus Generalis, Assistentes, Visitatores, Procurator Generalis, Præpositi Prouinciales, locales, Rectores Pœnitentiarum, & Superiores Collegiorum minorum. *Cerem. l.* 3. *c.* 2.

2 Vicarij Præpositum, præcedunt tantum Collegiales suos; extra proprium Collegium sedent cū reliquis Sacerdotibus ordine professionis. *Ibidem*.

3 Post Vicarium potest vbique sedere qui semel fuerit Præp. Gen. *Dec. Cap. Gen.* 1635.

4 Inter plures qui sint eiusdem

dignitatis,& gradus,præferũtur qui sunt professione antiquiores. *Ib.*

5 In proprio tamen Collegio Præpositus cædat loci prærogatiuã cuique Præposito, nisi ille sit simul Visitator, & nisi in eo Coll. habitet vt Collegialis, Visitator, aut Procurator Generalis non tamen si absunt à Collegio, & item nisi ibidem celebretur Cap. Gen. ; ab initio Capituli vsq; ad finem. *Ibidem & Const. l. 4. c. 6. & Decl. Const. Ibidem 1614.*

6 Superiores locorum eandem habent loci prærogatiuam, & titulum, *Reuerendi*, ac Rectores Pœnitentiarum, & hi illis cedent, illique inuicem inter se locum in proprijs domibus: extra domum vero suã, primum locum semper habebit Rector super alios Collegiorum minorum Superiores. *Ibidem:*

7 Visitatores, & Procurator Generalis cedunt suis Præpositis intra parietes sui Collegij in Choro, Capitulo, & Cænaculo tantum, non in alijs: excepto actu Visitationis, idest illorum Collegiorum quæ pro tempore visitanda, sunt commissa, denique locus debetur alijs, qui Visitatorũ munus obeunt, durante Visitatione *Ibid. & Declar. Const. l. 4. c. 6. 1617. & 1585. 1635.*

8 Extra actum Visitationis debẽt esse subditi suis Præp. localibus: item interesse Capitulis localibus, habereque in eis saltem vocem actiuam tantum in electionibus: in alijs verò, etiam passiuam. *Decl. Const. l. 4. c. 6. ann. 1682.*

9 Vbi Prouincialem Præp. vel localem, & ijs maiores in communi aliquo Collegialium conuentu contingat esse simul, Prouincialem cum Visitatore, seu Procuratore Generali Prouincialis consultore, puta in Visitatione, seu negotiorũ consultatione: Vicarium quoque cum Procuratore Gener. Collegij Discreto in officiorum visitatione; tunc & eo casu, ea quæ sunt iurisdictionis spectant ad Prouincialem, localemue Prep., & Vicarium, cætera reseruantur maioribus. *Ib.*

10 Præp. tamen Gen. & in sua Prouincia Prouincialis, in Collegio, vbi Visitator, seu Proc. Gen. habitant, debentur omnia, cuiuscunq; generis sint. *Ibidem.*

11 Iurisdictionis autem sunt vt infra.

Scire causam discedendi e communi loco, puta Cænaculo, Capitulo, Choro:

Infligere pænam accusanti se publicè:

Proponere materiam spiritualiũ collationum, & congregatos inferiores interrogare:

Scrutari quæ necessaria sunt ab officialibus in Visitatione, & id genus alia.

12 Dignitatis, & gradus sunt hæc, videlicet,

Licentiam loquendi communiter,

ter,& priuatim dare in Choro, cænaculo, aut alio cōmuni conuentu.

Dare facultatem discedendi cū benedictione.

Dare signum incipiendi, seu finiendi officij diuini, & communis comestionis in mensa:

Benedictio eiusdem mensæ, & gratiarum actio post eam:

Dare licentiam accumbendi, seu surgendi de mensa.

Oratio initio, seu fine Capituli, seu Collationis cuiuscunque: item ante & post Visitationem faciendā

Aspersio aquæ quæ Vesperis fit cum oratione, *Visita quæsumus*, & id genus alia.

13 Coram maioribus Præp. seu Vicario, fiat erga illos genuflexio, & istis si præsentes sint, fiat reuerentia sola cum capitis inclinatione. *Ibid.*

14 Eandem capitis inclinationem & reuerentiā sibi inuicem exhibeant Præpositi & Superiores locorum. *Ibidem*.

15 Profundiorem faciant Præposito Gen. si hunc obuiam habuerint nostri: In reliquis verò locis, puta choro, Cænaculo, Capitulo & communi alio conuentu locuturi, discessuri, vel quid aliud simile facturi genuflectant. *Ibidem*.

16 Idem fiat Prouinciali ab eius subditis in sua Prou.

Præp. locales, seu Prou. Superiores, Rectores extra proprium Collegium seu Prouinciam, in Collegio, vbi adest Præp. Gen. ipsum adeant, vt benedictiones, & consuetas licentias petant. *Ibid.*

17 Idem præstetur erga Prouincialem in sua Prou. à suis subditis Præpositis, & alijs extra suum Collegium. *Ibidem*.

18 Vicario Patris Generalis, absente Generali, idem fiat ac Generali vt supra. *Ibidem*.

19 Dicitur autem Vicarius Patris Generalis, non Vicarius Generalis, viuente, & sedente Patre Generali, & datur illi tantum titulus *Reuerendi*.

20 Si in eodem Collegio habitent Prou. Visitator, qui etiam sit Præpositus, & Procurator Generalis, hoc eodem ordine sedebunt intra parietes sui Collegij. *Ibid.*

21 Prouincialis alienæ Prouin. adueniens prædictis ad Collegium, sedebit poteſt Procuratorem.

22 Visitator verò quocunque adueniens ad Collegium vbi tres prædicti habitant, illi tres cedant locum Visitatori. *Ibidem*.

23 Si Visitator, vel Proc. Gen. adeant aliud Coll. vbi alius Visitator habitat; ij sedebunt supra Prep. localem, & supra Visitatorem Collegialem. Absente vero Præp. locali, Visitator non Collegialis supra Visitatorem Collegialem erit, nulla habita ratione Professionis; Procurator autem post Visitatorē Collegialem. *Ibidem*.

24 Si extra Collegium suum

Visitator, qui & Præpositus, Procurator Gen. & Prouinc. vna simul accedant ad aliud Collegium, vbi alius Visitator sub suo Præposito locali sedet; hoc eodem ordine sedebunt; Prouincialis alienæ Prouinciæ in hoc casu, post Visitatorē Collegialem. *Ibidem*.

25 Quamuis possit Prouincialis mutare loca Visitatoribus; non conuenit tamen, neque Proc. Generali, qui sunt in sua Prou. inconsulto Generali. *Ibidem*.

26 Vicarius Collegij, absente extra Ciuitatem Præp. non cedet locum Rectori Pœnitentiariæ, neq; Superiori Collegij minoris. *Ibid.*

27 Absente Præposito, & Vicario vltra diem, vocalis substitutus sedeat à parte sua supra alios Collegiales; non tamen in præciso Præpositi loco idemque faciat Vicarius. *Ibidem*.

V. V. Capit. Generale.

PRÆCEPTVM.

1 Id facere, spectat ad Præpos. Gener. consensu Assistentium, nec facile, aut leui de causa fieri debet. *Const. l. 1. c. 1.*

2 De assistentium cōsensu, eiusdem faciendi facultatem dare possit Generalis alijs Præpositis, maximè Prouincialibus, non passim, sed graui de causa habita ratione personæ cui communicet. Item visitatoribus, qui tamen, & Præpositi ne faciant nisi cum consensu quatuor ex maioribus officialibus, vel senioribus Collegij vbi est faciendum, vel eorum, qui in concessione fuerint nominati. *Ibidem*.

3 Qui habent hanc facultatem, ne illa vtantur antequam Prapos. Generalem consuluerint, nisi vrgeat necessitas; sed tamen id facere, ne omittant, & quidquid interea actum sit firmum intelligatur. *Ex formul. pag. 81.*

4 Scripto semper fiat cum subscriptione facientis præceptum, & eorum qui assenserint, ad formam præscriptam in formul. *pag. 81. Const. Ibid.*

5 Intimetur cui opportuerit, ordinariè per Cancellarium, & coram Superiore præcipiente, qui prius paternæ admonitionis verba faciat, & mentionem præcepti, pro captu delinquentis, postea Cancellarius Præceptum ei tradat manu sua subscriptum, vt supra, huiusque exemplar primum ritè subscriptum in Archiuio Collegij seruabit, adiecto die, mense, anno intimationis à se factæ, nec non eorum nominibus, qui fortè Superioris iussu interfuerint, qui & ipsi subscribent apposito nomine, cognomine, officio, vel dignitate. *Ex formul. Ibid.*

6 Exprimatur in formula Præcepti actus, qui iubetur, vel prohibetur; & vbi de scandalo quod nundum præcessit timetur, ponantur in formula verba illa. *Ne aliorum scandalum iungatur &c.* si vero

rò præcessit scandalum, loco priorum verborum exprimatur; *Ne aliorum scandalum augeatur*, vt ex formul. *pag.* 82.

Pœnitentiæ Sacram.

V. V. Confessio. V. Confessarij.

PRÆDICATOR.

1 In singulis Collegijs curetur vt concio habeatur saltem semel diebus festis. *Const. l. 3. c. 2.*

2 In hoc munus vltrò se quis nō ingerat, & sit Præp. Gen. ad hoc facultatem dare, & eandem poterit Prouincialibus communicare. *Const. l. 3. c. 2. & Regul. Prædic.*

3 Sint saltem Prædicatores, Diaconi: adhoc munus exerceantur in Colleg. Generalis, vel Prou. nec eligantur, studijs Rhetoricæ, Philosophiæ, & Theologiæ non peractis. Regul. *Ibidem*.

4 Antequam admittantur, detur à Cap. locali testimonium de vita, & moribus, de doctrina per examen, etiam ad quadragesimales conciones: emittant professionem fidei, & demum dentur patentes literæ adhoc munus. *Const. Regul. & Decr. Cap. Gen. 1620.*

5 Detur illis annus integer ad se præparandos, & approbati, in eo genere Superiori suo obediant, & Episcoporum curam adiuuent. *Regul. & Const. Ibidem.*

6 Primis duobus annis à fine studiorum non teneantur interesse Choro diebus Profestis, nisi ad Vesperas, & Completorium, & æstate ad Nonam, & semper ad officium defunctorum, & circa hæc diuina officia, & regularem obseruantiam maxime circa officium defunctorum, vt semper intersint, curet Generalis. *Reg. Ibidem & Mon. Cap. Gen. 1612.*

7 Cæterum, qui mane, ab horis, quæ mane dicuntur, qui vespere ab horis quæ Vespere recitantur vacare poterunt. *Const. Ibidem.*

8 Pridie, & die ipso Concionis tantum immunes sint à choro per omnes horas, & à communibus domesticis officijs. *Regul. Ibidem.*

9 Per triennium concionari poterunt in festis antequam ad quadragesimales accedant, quas in Cathedralibus ne habeant antequā nostris Ecclesijs non seruierint, neque item infra annum ad Moniales sine expressa facultate P. Prouinc. si fuerint adolescentes.

10 qui se ad quadragesimales conciones præparant, de proximo habendas, saltem semel in hebdomada matutino, & laudibus intersint. *Ibidem.*

11 Alij omnes qui diebus festis concionem habuerint immunes sint à choro, & domesticis functionibus, & abesse possint à prima mensa pridie, & die ipso concionis, alijs vero diebus, Vesperis, & Completorio, officio defunctorum nonæ æstate, in choro intersint, & cōmunes domesticas functiones habeant.

beant. qui verò quadragesimales conciones quotidie sunt habituri, post festum Circumcisionis non teneantur interesse matutino, & laudibus. Infirma valitudine, vel alia causa grauatos possit Superior ex parte eximere. Sed post habitas quotidianas quadragesimæ conciones illis aliquid indulgendum; caueant tamen concionatore ne quod datur necessitati vertant in vitæ licentiam. *Reg. Ibidem*.

12 Qui 20 annos in quadragesimalibus concionibus vel 25. in annualibus consumpserint, possint à Generali de Assistentium cõsensu eximi ab aliquibus domesticis functionibus, si alia dignitate non sint affecti. *Ibidem*.

13 Insigniores aliquos sibi disponendos eligat Generalis; reliquos Prouinc. *Ibidem*.

14 In nostris Ecclesijs prædicaturi, benedictionem; in alijs Ecclesijs, facultatem in scriptis ab Episcopo habeant, nec illo contradicente concionentur, ex dispositione bullæ Greg. XV. *Ibidem*.

15 Libri, & ad itinera facienda necessaria parentur illis à Præpos. locali, ad formulas nostras tamẽ, & collata stipe à Collegijs vbi fuerint concionati, & in separatis loculis communi loco reponantur. *Ibid. & Decr. Cap. Gen. 1623.*

16 Aliò missi ad prædicandum socio semper committẽtur qui illis tanquam Superioribus obediat. recta porrò quò ituri sunt vadant, nec alibi diutius sine Superiorum facultate morentur in itinere, aut alio diuertant, nec ambiant auditorum frequentiam commendatitijs literis. *Ibidem*.

17 Pro viribus, stata ieiunia & abstinentias seruent, & iudicio Generalis, vel Prou.; nisi morbus casu accidat; si carnibus non abstinere possunt, concionibus abstineant. In victu verò Religiose se agant, conuiuijs sine pia causa ne intersint, superuacuas sæcularium visitationes, & nimiam eorum familiaritatẽ deuitent, & Rheda nõ nisi ex necessitate & quasi clausa vtantur. *Ib.*

18 Non in præmium, sed eleæmosynam & sponte oblatum & nomine Collegij acceptum, quod illis offeretur, accipiant, & in dubio cuinam Collegio obueniat, statuat Generalis, vel Prou. cæterum nihil ab extraneis accipiant, nisi extra Collegium sit victus præbendus, Præposito loci approbante. *Const. Ibidem*.

19 Inuigilent Superiores vt ab his tollatur suspicio auaritiæ, & abusus eleæmosynarum. *Dec. Cap. Gen. 1623.*

20 Domum reuersi resignent acceptam pecuniam in commune, denique rationem dati, & expensi. *Regul. Ibidem*.

21 Per annum conciones meliores reddant, ne idem semper cantare videantur. *Ibidem*.

Ne

Ne sub specie charitatis sæcularibus negotijs se immisceant, sed pia illius opera, Superiorum arbitrio suscipiant, quæ illorum muneris sunt. *Ibidem*.

22 Pro muneris sui dignitate, & grauitate se gerant: præcipua pietatis exercitatione ante quadragesimam, vel aliud concionandi tempus se præparent. *Ibidem*.

23 Decreta de Concionatoribus in Conc. Trid. sess. 25. Dec. 1. obseruent: ab ijs propositionibus, quæ scrupulum, laxiorem viuendi licentiam, errandi occasionem facere possunt abstineant: scienter quæstiones de conscientia definiant: dubia hæreticæ prauitatis vel silentio percurrant, vel damnata reijciant. *Ibidem*.

24 Loca scripturæ, quæ caste legi, non prædicari expedit: castis ideo auribus in omnibus cõsulant, & prophani amoris descriptiones deuitent; sciant, & doceant in primis quæ ad suum institutum pertinent, & eruta à sacris fontibus, & grauioribus auctoribus, non sacra prophanis miscentes, sed aliquando cum sale, & delectu: fabulas, cursim; facetias, & ridicula nunquam; ad leuandos quandoq; animos, argutias, & sales, sed leuitas caueatur. *Ibidem*.

25 Ab Episcopo loci, auditorum mores, & conditionem peccatorum, & corruptelarum qualitatem intelligant, ijsq; euellendis conciones apposite dirigant. *Ibidem*.

26 Diuinę scripturę testimonia iuxta vulgatam Bibliorum editionem Romæ emendatam afferant: ab alijs editionibus, nisi locus ita postulet, abstineant: Gręca, Hebraica, Syriaca, & c. verba, de suggestu ne iactitent, & quod latine protulerint, vulgari lingua declarent. *Ibidem*.

27 Incumbant plus vtilitati, quã negotio recitãdis Doctorum multorum opinionibus, & ad vnguem citandis eorum sententijs. *Ibid.*

28 Ne conquerantur de auditorio minus pleno. *Ibidem*.

29 Vsitatos ritus ac mores promouere, optima instituta omissa ad vsum reuocare, introducta retinere: missæ & solemnitatum cultum fouere conentur. *Ibidem*.

30 Indulgentias & edicta non nisi approbante Episcopo vel Parocho euulgent, & si quid publice commendandum est, aut pium aliquod opus instituendum, de eo, modum ab ordinarijs accipiant. *Ib.*

31 Pauperum eleęmosynas sine fastidio auditorum commendent, nec in alium, quam eorum vsum conuertant, aliorum opera, nec singraphas pro illis commendandis accipiant nisi eas viderint prius Ecclesiarum Superiores, maxime si in nostris Ecclesijs id fiat. Rerum autẽ amissarũ præcones ne sint, nisi rerum grauis momenti. *Ibid.*

32 Caueant arrogantiam, osten-

T tatio-

tationem, inanem gloriam, auaritiæ suspicionem: libere veritatem prædicent, sed abstineant à contumelijs, & nimia acerbitate, neminemq; ita describant, vt cognoscatur, & maxime ratio habeatur debitæ Ecclesiasticis, Principibus, & Magistratibus reuerentiæ: Ecclesiasticos alios ne carpant ne ministerium nostrum vituperetur: de se autem nunquam fere loquantur, sed pro necessitate ad propriam, vel Cong. defensionem modeste se habeant. *Ibidem*.

33 Itali cōcionatores Italica lingua vtantur emendata, & communi. Compositio ne sit affectata: elocutio, digna rebus, & perspicua: Periodos ne circumducant nimis, & dem fere modo cadentes. Oratio, ne inflata, ne luxurians nimijs verborum, & sententiarum ornamentis: clamor ne assiduus, & importunus præsertim initio, & doctrina tradenda: gestus & motus corporis modum habeat, nec indecens sit: Commotiones ne longæ, nec inusitatis spectaculis: Apostrophe non affectatæ; hyperboles raræ, sicut & synonima, & omnino nihil affectatum. *Ibidem*.

34 Concionem repetitione concludant, non infausta comminatione, aut facetia. *Ibidem*.

35 Audiant præstantiores concionatores, & quod fuerit propriæ naturæ commodius, ætatiq; decentius id paulatim sectentur: maxime S. P. & Doctores Sanctos patronos deligant. *Ibidem*.

36 Ament de suis in Concionibus erroribus animaduerti, maxime à deputatis adhoc à Superioribus. *Ibidem*.

37 Admoniti, qui diuersam à præscriptis viam sequi perseuerauerint, interdicantur munere concionandi arbitrio Generalis, vel Prou. Const. *Ibidem*.

38 In Domini. Passionis ne velum amoueant à Crucifixo contra sēsum, & ritum Ecclesiæ; neq; in feria sexta maioris hebdomadis quid repræsentent contra grauitatē loci, neq; habitum immutent, aut superpelliceum deponant. *Ibidem*.

39 Concionatores Vespertini, qui grauioris ætatis esse debēt hæc eadem seruent & sumant aliam materiam tractandam, si mane Euangelium declaratum fuerit: moralitati consulāt: non languide tanquā de cathedra doceant, neq; concitato, aut oratorio modo vtantur, & præsertim explicandis Epistolis D. Pauli occupentur. *Ibidem*.

40 Habitus Concionatoris sit, Rochetum, & stola coloris officio, & concioni conuenientis. Romæ, superpelliceum sine stola. Mantellum adhibeatur supra rochetū vsq; ad scalas suggestus, quo etiam vtitur socius conuersus. *Cerem. l. 3. c. 6.*

41 Antequam pulpitum ascendat, genuflexus ante Sanctissimum Sacramentum submissa voce recitet.

tet. *Munda cor meum &c.*

42 Tempore Paschali, & diebus Dominicis recitet salutationē Angelicam. In die Paschatis, & triduo sequenti recitare poterit. *Regina cæli &c.*

43 Præsente Episcopo vel Card. non benedicit populo in fine. *Ibid.*

44 Infra Missarum solemnia concionaturus, id præstet absoluto Euangelio, & incensatione, socio horologium ferente comitatus, nō Præfecto, aut Acolytho. In Missa solemni defunctorum habeatur sermo, illa absoluta. *Ibidem.*

45 Præsente proprio Episcopo, benedictionem ante petit, dicens *Iube Domne benedicere*, & Indulgentiarum promulgationum in hec verba *Indulgentias Pater Eminentissime, vel Illustrissime* pro dignitate personæ.

46 Conuertens se in Concione ad Episcopum tanquā illi loquens, inclinat caput profundè, sed coopertum.

47 Absoluta concione, detecto capite genuflexus expectat finem confessionis Diaconi, qua finita, surgens, stansq; in eodem pulpito publicat Indulgentias his conceptis, quæ memoriter curet habere, vel recitet de Tabella.

48 *Eminentissimus* (si Cardinalis) si non, *Illustrissimus, & Reuerendissimus in Christo Pater, & Dominus Dominus N. Dei, & Apost. Sedis gratia huius Sanctæ N. Ecclesiæ Episcopus dat, & concedit omnibus his præsentibus* 40. *dies (vel centum si Cardinalis)* de vera Indulgentia in forma Ecclesiæ consueta. Rogate Deum pro felici statu Santiss. D. N. N. Diuina Prouidentia Papæ N. *Dominationis suæ, Eminentissimæ*; vel *Illustriss. & Reuerendiss. ac S. Matris Ecclesiæ.*

49 Si alius publicare solet, statim descendit. *Ibid.*

50 Si sermo habeatur extraordinarie, puta ad Iubilæum publicandum, vel gratias referendum, & item si habeatur missa pro defunctis, habetur in fine missæ nec petitur benedictio ab Episcopo. *Ib.*

51 Coram Sāctissimo Sacramento exposito in altari stans aperto capite concionetur. Secus, si velum eidem ducatur. *Ibid.*

52 Si celebrans intra missarum solemnia habere volet sermonem, retrahit se ad cornu Euangelij, & cooperto capite post Euangelium, & incensationem sedet, diacono à dextris subdiaconi, & ambobus, altare, non populum respicientibus. Ministri quoq; sedebunt capitibus tectis in eodem cornu extra altare. *Ibidem.*

53 Parochus in missa Parochiali si sermonem habere velit idem faciat post Euangelium, sed stans cooperto capite ante cornu Euangelij, vbi & eodem modo edicta si quæ habet, publicet. *Ibidem.*

54 In priuatis oratorijs possint

T 2 Con-

Concionatores nostri vti habitu ordinario. *Ibidem*.

55 Bis in anno, ante Quadragesimam, & festum omnium Sanctorum legant suas regulas Concionatores, & eas adamussim seruari curent superiores. *Regul. Concion.*

PRÆFECTVS CÆREMON.

1 Recte teneat, & cognoscere statuat, quæ ex ritu Romano, & Const. nostrarum tàm præscripta sunt, quàm in dies præscribi contingit, & si quid in illis desideretur, nihil noui ex se introducat, sed Præp. Gen., vel instante necessitate Præp. consulat. *Reg. Præf. Cærem.*

2 Calendarium in choro haberi studeat, & si quid proprie apud nos agendum sit, præmoneat affixa in eodem choro schedula. *Ibid.*

3 Eius sint partes loca cuiq; in choro, Capitulo, cænaculo, assignare ad præscriptum nostrum: missam in carta deletili in Sacristia notare, vbi etiam sit tabella triplici diuisione distincta, prima pro notando sacrificio, secunda, pro quo speciatim, tertia pro quo orandum. *Ibid.*

4 Præterea curare, vt obligationibus omnibus susceptis, etiam ad Sacristiam spectantibus satisfiat, seruentur præscripta tempora diuinorum officiorum, rite habeantur processiones, parentur ad eas habendas necessaria, idoneo tempore, & modo habeantur promulgationes ad altaria: intersit ipse ad Sacramenta infirmis ministranda, & extrema pietatis officia præstanda; aspergantur aqua benedicta Collegij cubicula pridie Natiuitatis, & Paschatis Domini: solemnitates rite habeantur: ministros diuinorum officiorum mature præparentur (consulto Confessario Nouitiorum si de istis agatur:) instruantur illi, & hi præsente magistro Nouitiorum. *Ibid.*

5 In sacris actionibus adsit ipse superpelliceo indutus, & obeat, inuigilans vt diuini cultus ceremoniæ in omnibus seruentur. *Ibid.*

6 Ordinandos, primam missam facturos, etiã extraneos cum iussu superiorum, rationem recitandi officij ipse doceat: errantes contra cæremonias missarũ, consulto Præposito, admoneat, & vt vniformitati ab omnibus cõsulatur, studeat, & obedire recusantes deferat ad Præp. *Ibid.*

7 Obseruet an officium, & actiones Sacristæ sint ad ritus conformatæ, & corrigat, etiam consulto Præposito, si opus sit. *Ibidem*.

8 Quæ Sacristæ præscripta sunt ad sacram decentiam pertinentia, sint potissimæ eius curæ. *Ibid.*

9 Octauo quoq; die curet aquam benedictam renouari, campanarũ signa ad præscriptum in tempore dari: ne particulæ desint: nec olea sacra: decenter haberi sacras reliquias, quas inconsulto Præposito ne cuiquam ostendat: ne cerei opportuno tempore desiderentur. *Ib.*

10 De-

10 Detur coadiutor in hoc munus, Præpositi iudicio qui eo absente vicem eius gerat. *Ibid.*

11 Chori functiones in orbē distribuat per singulas hebdomadas, absoluta nona, & neminem inconsulto superiore prætereat, & vbi quis præsto non sit suo muneri adimplendo, alium substituat, & *Ib.*

12 In vocum distributione in vtroq; latere chori, consulat sonus æqualitati, & modeste admoneat tàm pronuntiatione, quàm corporis immodestia peccantes, & præcipue corrigat omittētes consuetā pausam, & nimis celeriter pronuntiantes. *Ibidem.*

13 Laicos choro nostro modeste excludat. *Ibid.*

Chori supellectilem omnem parari curet. *Ibid.*

Horologium ad metiendū orationis tempus ipse obseruet. *Ibid.*

14 Fenestras chori aperiri vel claudi pro aeris salubritate curet. *Ibidem.*

15 Vnum, vel plures exerceat in sui muneris functionibus. *Ibid.*

16 Initio sui officij, & iterum post sex menses, & sic deinceps legat regulas sui officij. *Ibidem.*

V. V. Officia. *Chori Discip. Horæ Canon. Vespera solem.*

PRÆFECTVS CARCERVM.

1 Eligatur cum alijs minoribus officialibus, Sacerdos, charitate, iustitia, zelo, misericordia flagrans, qui Carceratorū saluti tum animæ, tum corporis inuigilet, & consulat ad Præp. præscriptum, deturq; illi minister qui ad eius præscriptum in omnibus obediat. *Reg. Præf. Carcer.*

2 Suggerat Præposito de carcere ædificando iuxta dispositionem Decreti Cap. Gen. 1623. de quo supra *V. Carcer. Ibid.*

3 Habeat clauem carceris, vel eius custos, & aliam habeat superior, vel eius Vicarius. *Ibid.*

4 Antequam quis in carcerem conijciatur inuestiget cum custode quid secum habeat in femoralibus, thorace, & caligis, & quidquid compertum fuerit Præfectus excipiat, hic vero tradat Cancellario causæ vt in acta referat. *Ibid.*

5 Omnino tollantur cultelli, & non nisi furcillæ vsus concedatur, nisi aliud statuat superior. *Ibid.*

6 Concedat carcerato libros, Superioris iudicio, & pro personæ conditione ne otiari patiatur. *Ib.*

7 Videat ne per Custodem, nuntium aut alium; recipiantur, vel mittantur litteræ à Carceratis, & delinquentes castigari curet à Superiore. *Ibidem.*

8 Semel saltem in hebdomada per se; singulis autem mensibus per alium à Superiore constituendum fiat Carceratis spiritualis adhortatio. *Ibidem.*

9 Omninò vero efficiat, vt habeantur ad ijsdem exercitationes spirituales à Capit. Gener. alijs

Colle-

Collegialibus præscriptæ, dato illis ad hoc gratiore, & aptiore Sacerdote, iuditio Præp. *Ibidem*.

10 Decimoquinto quoque die, si capaces sint, concedatur vsus Sacramentorum, vel sæpius, arbitrio Superioris & festis diebus sacro intersint, modo excommunicatione notoria non sint impediti. *Ibid.*

11 Obseruet, vt matutino tempore surgant, & suis obligationibus satisfaciant. *Ibid.*

12 Detur illis ad certam mensuram, & pondus panis, & vinum ex præscripto Præp. & Discretorum, & præterea iurulentus de more, cibus cum obsonio in dimidia quãtitate quam alijs dari soleat. Ieiunij die duplicetur obsonium, præterea nihil detur Superiore inconsulto, videatque Præfectus ne aliqua in re fraus committatur. *Ib.*

13 Ægrotantibus, omnia necessaria procuret. *Ibidem*.

Singula hebdomada visitet carceres, videatque an periculum fugæ sit, vel fracturæ; Custos verò quotidie si opus sit. Lumen non permittat nisi ad cænam inclusiue, illudque tollat cum datur signum commune recessus in Collegio. *Ibid.*

14 Definitionem quamprimũ illorum causę cum Iudicibus sollicitet. Examinandis extra carceres adsit custos, & alius, si de fuga timeatur, idemque fiat si ex alia causa visitandus est carcer. *Ibid.*

15 Pro illorum difensione procurent à Superiore aduocatum ex prescripto ordinationum nostrarum assignari. *Ibidem*.

16 Si fortè reus torquendus est & non expediat intra nostras ædes fieri, ducatur noctu ad carceres Ecclesiasticas; reductus verò, pro necessitate refocilletur. *Ibid.*

17 Si casus fugę euenerit, admoneat Custos Superiorem vt in actis notetur, & recuperationi consulat. *Ibid.*

18 Lata sententia, pro eius qualitate cautius custodiatur; maiori pietate agatur, si longiores pœnæ infligantur, quas subire suadeat animo erga Deum promptiore. *Ibidem*.

19 Eandem, qua supra, solicitudinem habeat Prefectus cum ijs qui in cubiculo ab alijs segregati pęnas luent, videatque an omnes exequantur, & de omissione, moneat Superiorem. *Ibidem*.

20 Idem præstet maiori charitate cum detentis in carcere ob insaniam, curetq; omnia tentari pro ijsdem sanandis. *Ibidem*.

21 Custos studeat carcerum mũditię, tàm intra, quàm extra claudat, pręsertim noctu, quo tempore neminem loqui cum carceratis patiatur sine licentia: non literas ferat, nec quidquam nunciet: non vltra Superioris arbitrium cibaria ministret: eorum actus cum Prefecto communicet: non ad scri-

scribendum necessaria ferat inconsulto Superiore: inquirat si quid in saccis paleis, vel alijs latibulis delitescat ad carceres infringendos: vbi contingat eos comitari extra carceres, ne cum alijs loqui patiatur: diligentius euntes, & redeuntes custodiat. *Ibid.*

21 Legat Prefectus cum Custode suas regulas quotiescunque aliquem carceri mancipandum contigerit. *Ibid.*

V. V. Carcer.

PRÆFECTVS CASVVM conscientiæ.

1 Esse poterunt schole casuum conscientie, & in singulis Collegijs explicentur ab eo, quem Generalis, vel Prou. aut Prep. delegerit *C. l. 3. c. 5. Reg. Præf. cas. cons.*

2 Si certæ persone hec prouincia demandata non fuerit, omnes conferant inter se vt Constitutionibus prescriptum est. *Reg. Præf. cas. cons.*

3 Certe hoc munus peritiori in hoc genere mandetur qui sumpta certa materia, ex ea, capita dubitationũ, seu questiones excerpat & proponat in loco omnibus fratribus conspicuo, omnia simul aut particulatim vt visum fuerit commodius, itaut materia tota absoluatur. *ibid.*

4 Omnes certa hora in vnum collecti de proposita materia que viderint, vel meditati fuerint, ordine proferant. *Const. l. 3. c. 5.*

5 Quod tamen disputandum est, die saltem ante proponatur. *Reg. Ibidem.*

6 Si cui casus difficilis explicatu, acciderit, intermissa notula ordinaria, consulto Preposito proponat disputandum Præfectus, & si Confessarius casum suppeditet, cõsulatur sigillo confessionis, & si periculum à frangendi esse possit, ne proponatur. *Ibidem.*

7 Adsit huic conferentiæ Præp. Collegij, & omnes alios, auctoritate Superiorum legitime non occupatos adesse curet. *Reg. Ibid.*

8 Efficiat idem Præp. vt ita parati accedant, vt sui sciti rationem reddant. Imparatos arguat, & vt libri omnibus necessarij ne desint pro cuiusque doctrinæ, & ingenij ratione procuret. *Ibidem.*

9 Præfectus stata hora, & congregatis congregandis, præuia benedictione Superioris, sedens proponit: interrogat ordine fructuosiori: replicat, iterumque interrogat si opus est; non verò Præpositum, aut illo Superiores, qui tamen suam sententiam proferent. *Ibid.*

10 Responsurus petat à Superiore benedictionem & sedens dicat si est Sacerdos; stans & aperto capite, si Clericus.

11 Latine dicant omnes, nisi ex causa aliter concesserit Superior. *Ibidem.*

12 Attente intersint, non librũ legentes, neque, licet submissa voce, loquen-

loquentes inter se: non tergiuersatione, aut contentione vtentes, nō clamantes, non verbis asperis, non iracundi; non verbo aut signo quæ ab alijs dicuntur ingrate accipientes. *Ibidem*.

13 Item respondeant, vt fastidium, vel facietatem non generent, & leuia & ad rem non pertinentia excludant. *Ibidem*.

14 Temerarie citantes auctorem, in proxima collatione se accusent. *Ibidem*.

15 Præfectus modeste, & honorem omnibus habendo se gerat in ea collatione, maxime erga seniores, & Sacerdotes. *Ibidem*.

16 Volens quis non interrogatus, aliquid dicere, id faciat petita prius licentia cum benedictione.

17 Si in fine res non videatur clarè explicata, Præfectus, vel ipso, vel altero die definiat. *Ibidem*.

18 Bis in hæbdomada, & horæ spacio habeatur hæc collatio. *Ib.*

19 Intermittatur à Dominica Passionis ad octauam Paschæ, & quo tempore vacatur à scholis. *Ib.*

20 Initio Octobris, & post octauam Paschæ coram ijs qui conuenire debent legantur hæ regulæ, quas Prep. & Præfectus habeant in promptu. *Ibidem*.

21 Exquirant autem Visitatores, & Prouinciales in visitationibus, an omittatur hæc casuum exercitatio. *Mon. Cap. Gen. 1632.*

V. V. Casus Conscientiæ.

PRÆFECTVS CELLÆ Vinariæ.

1 Sequatur Vicarij præscriptum in suo officio, & Doliorum, & omnis suppellectilis cellæ Vinariæ inuentarium habeat: eandem mundam, & eruderatam seruet, & si quid ad melius conseruanda vina videt, Vicarium, vel Superiorem consulat. *Regul. Præf. cell. Vin.*

2 Dolia non magna haberi curet in paruis Collegij. *Ibidem*.

3 Spiracula ad aerem admittendum suo tempore aperiat, & occludat. *Ibidem*.

4 Conchas, stuppam, ceram rubeam, sebum, cultellum, forcipes, malleum, radulam, & id genus alia in promptu habeat. *Ibid.*

5 Clausam semper habeat cellā vinariam, & in loco tuto, soli Vicario, aut alij à Præposito approbato cognito clauem custodiat. *Ibid.*

6 Schedulas cuique dolio affigat, & notas insculpat ad mensurā & vini genus dignoscendum. *Ib.*

7 Ex dolio à Vicario approbato vinum dispenset, nec eo inconsulto aliud aggrediatur, opportune illo monito antequam vacuum sit. *Ibidem*.

8 Ne plus hauriat, quam opus sit; & aquā vino misceat, si, & quātum Vicarius præscripserit. *Ibid.*

9 Præter ordinariam dispensationem, ne cuiquam vinum det absque Superioris permissu generali, vel speciali. *Ibid.*

10 Ser-

10 Seruet præscriptum suæ regulæ, eamque legat tertio quoque mense. *Ibidem*.

PRÆFECTVS CONGREG. Laicorum.

1 Sacerdos, vel Clericus à Præpos. & Discretis pro Congreg. qualitate, eligendus. *Reg. Præf. Cong. laic.*

2 Sit exemplo suæ curæ commissis, horum progressionibus incumbat, cum Præposito communicet, & eius arbitrium hac in cura sequatur. *Ibidem*.

3 De cuiusque receptione admoneat Præpos. & hunc, si voluerit Præp. recipiendum alloquatur & postea de illo recipiendo ex lege Congreg. cum officialibus agat, Idem præstet si de dimittendo illo agatur; sed hanc facultatem possit eidem Præfecto Prepositus absolute concedere. *Ibid.*

4 Leges euulgari ne sinat, quas, paucas, & non nisi graues, inconsulto Præposito. *Ibid.*

5 Seruari illas curet ab omnibus, & probe illas teneat, tum vt alij teneant, efficiat, & sua munia cognoscant; his verò obeundis, ineptos vel negligentes, consultis maioribus officialib. remoueat. *Ib.*

6 In electionibus officialium & alijs consultationibus semper adsit, non tamen feret suffragium, & maioris partis arbitrio acquiescat. *Ibid.*

7 Electi præfecti authoritatē tueatur, secreteque moneat, si opus sit, & cum eo frequenter agat de propaganda Cong. & bonis moribus excolendis. *Ibid.*

8 Curet quemque confiteri saltem singulis quindecim diebus, & communicari mensibus singulis, neque tamen sit ipse ordinarius confessor, si Præpositus aliter non iudicet, vel nisi sponte desideretur. *Ibid.*

9 Si alius sit confessor deputatus, nihil cum Congregatione habeat præter suum munus. *Ibidem.*

10 Mentalis & vocalis orationis studium curet cum mortificatione coniungi. *Ibidem*.

11 Inconsulto Præp. ne in Congregat. illis Missa celebretur. *Ib.*

12 De sede habeatur sermo ab electo à Præposito. *Ibid.*

13 In potioribus solemnitatibus inuitetur Præp. vel hospes ex nostris si adsit, qui sacra verba faciat. *Ibid.*

14 In his sermonibus & priuatis collocutionibus ne tangatur materia de statu mutatione, ne aliquem ad vouendum inducat de religione, aut eiusmodi votum accipiat, sine facultate Præp.. *Ibid.*

15 Cognoscat à Proposito modum, & rationem pænitentiæ, & mortificationis irrogandæ, & hac in re consulat qualitati personarū. *Ibidem*.

16 Cognitis moribus, & conditione singulorum, ad pietatem

modeſtiam, deuotionem promoueat: malas ſocietates abdicet, grauiter, & humaniter ſe ſe cum omnibet gerat. *Ibidem*.

17 In ciuilibet officijs ne ſit nimius, videatque ne quietem noſtrã perturbet, & peccantes in hoc genere modeſte arguat. *Ibidem*.

18 Ne propenſior ſit vni magis quam alteri, niſi ob virtutem, vbi de adoleſcentibus agitur. *Ibid*.

19 Eoſdem iuuet in litteris, præſcribendo quandoq; literarias exercitationes, eaſque recitandas alijs qui de Cong. non ſunt, inuitatis, & adiecto non profano cantu muſico. *Ibidem*.

20 Pecuniam expendendam relinquat officialibus, non poſtulet, aut accipiat, ſed apud ſecularem officialem reponat ex Decreto Cap. Gen. 1602.

21 Inſumetur tamen non in leuibus. *Ibidem*.

22 Poterit Præfecto harum Cong. à Præp. dari adiutor maxime in maximis ſolemnitatibus. *Ib*.

23 Legat initio ſui officij has regulas, & deinceps coram Præpoſito ſub feſto Sanctorum omnium. *Ibidem*.

V. V. Congregatio laicorum.

PRÆFECTVS HOSPITII.

1 Neminem recipiat ſine Superioris iuſſu, etiam ſi ex noſtris ſint, modo manifeſta non ſit eorum facultas; ſecus ad ianuam expectent donec Superior certior fiat. *Regul. hoſp*.

2 Teſtimoniales litteras modeſte petat. *Ibid*.

3 Primo Eccleſiam, deinde Superiorem adeant aduenæ, & ſi Superiores ſint aduenæ, à Superiore loci præueniantur. *Ibidem*.

4 Officio ſalutationis, ſolitoq; amplexu, & cum Sacerdotibus, genuflexione, excipiantur, dicendo Benedicite, licet petens ſit Sacerdos, exceptis Præpoſitis, & ijs maiores, & neque ijs præſentibus alij ab alijs petent. *idem*.

5 Abituros, facta prius in Eccleſia præce, comitentur plures ex Collegio. *Ibidem*.

6 Fatigatos ex itinere, vel Præfectus hoſpitij, vel à Superiore deſtinatus pedes lauet. *Ibidem*.

7 Pietate, moderata recreatione ad noſtras regulas aduenis conſulatur. *Ibid*.

8 Extranei in cænaculum noſtrum iudicio Præp. admitti poſſunt, non tamen quando cauſa recreationis quid ſolito amplius noſtris datur. *Ibidem*.

9 Admiſſi, etiam ſupra Præpoſitum collocentur, ſi ratio illorum conditionis poſtulet. *Ibidem*.

10 Epiſcopis, Cardinalibus, aut inſignioribus Prælatis pannus poſt terga tendatur prout illorum gradus poſtulat: ijdemq; manus lauãtibus miniſtret Præp.: reliqua verò, puta, mappa, cultelli, orbis, mãtile &c. ſint noſtris elegãtiora, & detur aliquis ex noſtris qui capite aperto

to miniſtret,& ſemper aſſiſtat. *Ib.*

11 Extra cænaculum adſit, l, Superior, vel alius ab eo deſtinatus qui menſæ benedicat, & gratias agat: & accumbentibus aliquid ritu religioſo legatur. *Ibidem.*

12 Potus & eſcæ, ſint meliores noſtris quotidianis & plures, intra tamen fines regulæ. *Ibidem.*

13 Iniuſſu Superioris nè quis ſe cum hoſpitibus immiſceat, ſed ſeruiat ſi opus ſit. *Ibidem.*

14 Scurras, paraſitos, heluones muſica inſtruměta, profanũ cãtum excludat omninò: modeſteverò, ẽt multitudinem famulorum. *Ibid.*

15 Omnis ſupellectilis indicem habeat, ſucceſſori conſignandum Vicario præſente. *Ibidem.*

16 Lecti plumei,conopæa,ſtragula tàm menſæ, quàm lecti, non viridi coloris, aulæa, ſellæ, præterquam ſimplicis corij, lintea nimio artificio elaborata,& quidquid argenteum eſt,excludantur. *Ibidem. V. V. Ædificia.*

17 Habeat in ſingulis cubiculis imaginem Chriſti Domini, & vaſculum aquæ Benedictæ. *Ibid.*

18 Sit Ianitoris officium ad loca ianuæ proxima vilioribus hominibus miniſtrare. *Ibid.*

19 Initio ſuſcepti officij & iterum in anno legat & ſeruet ſuas regulas. *Ibid.*

PRÆFECTVS STVDIORVM apud nos.

1 Idem ſit Præp. & Præfectus, qui habeat in promptu quæ in genere ſtudiorum apud nos ſunt ſancita. *Conſt. l. 3. c. 5. & Reg. Præf.*

2 In eiuſmodi electione ſpectetur, vt ſit moribus, eruditione, & adoleſcentum curationi, & ſcholis moderandis aptus. *Ibid.*

3 Eligatur poſt Præp. nouitiatus, nec intra trienniũ facilè amoueatur. *C. l. 4. c. 10. & cap. 17.*

4 Præpoſitus, & idem Præfectus vna cum Collegij Confeſſario efficiat, vt diſciplina ſpiritualium exercitationum, humiliumq; functionum, quatenus per ſtudiorum occupationem liceat, relinquatur. *Ibidem.*

5 Idem animaduertat in eum, qui alienus à recta diſciplina euadat, & inſolens fiat, re etiam, cum Gen. vel Prou. communicando, vt eum caſtiget, & à ſtudijs ad corporeas exercitationes retrahat. *Ibid.*

6 In generali repetitione curet aptos promoueri, reijci ineptos, inueſtiget negligentes, ſingulorum conditionem, naturam, valetudinem,progreſſum, & de ſingulis vel amouendis,vel promouendis agat in fine anni cum Gen. vel Prou. *Reg. Ibid.*

7 Conſtanter retineri ſtatas diſtributiones temporis, & præſcriptum materiarum tractandarum ordinem non peruerti, vel omitti, curet. *Ibid.*

8. Audiat ipſe quandoq; Magi-

 ſtros,

ſtros, & legat eorum commentarios à diſcipulis exceptos, & corrigat, vt opus fuerit, ſi qua in re peccetur. *Ibid.*

9 Ex improuiſo; vel ſemel in hebdomada repetitionibus interſit, diligentes commendet, arguat negligentes: ſæpius hebdomadarijs, ſemper menſtruis diſputationibus ſit præſens; efficiat ne Magiſtri officio ſuo deſint, & plene difficultatibus ſatisfaciant: vt ferueant diſputationes: & ſi longius, quam pars eſt diſputatio protrahatur, ipſe ſuam auctoritatem interponat. *Ibid.*

10 Ne ipſe ſoluat argumenta, ſed potius opituletur;potius interrogando quam argumentando explanari curet difficultatem; ſed & quandoq; argumentabitur, ſi illi videbitur. *Ibid.*

11 Multitudinem librorum à diſcipulis arceri curet & eorum, quos habent,notulam ſubſcriptam habeat & reuideat: cubicula ſingulorum ideo viſitet, dilinquentes puniat, & Bibliothecarij regulam ſeruari procuret. *Ibid.*

12 Bis in hebdomada, vel per ſe vel per Officialem à ſe eligendū viſitet, & inueſtiget an tempus otioſe, vel ſtudio ad rem non pertinenti conſumatur,neq; ſine licentia alienis occupationibus detineri permittat, licet concionibus componendis:omnino vero prohibeat primis annis philoſophiæ. *Ibid.*

13 Quæ de vacationibus præſcripta ſunt, ita ſeruari efficiat, vt præter ſtata illa tempora,ad præſcriptā quoq; regulam temperanda, vtiliter implicentur diſcipuli, nec plus æquo conſueti labores remittantur, qua in re vtatur conſilio diſcretorum & Magiſtrorum. *Ibid.*

14 Videat ne tempus vacationum autumnalium excedat bimeſtre, neque patiatur omitti facile repetitiones & diſputationes, quòd Præfecti'arbitrio, remiſſio à conſuetis laboribus relinquatur. *Ibidem.*

15 Agat tertio quoq; menſe cum Magiſtris de difficultatibus in tota ratione ſtudiorum occurrentibus, remedijſq; tam Magiſtris, quam diſcipulis applicandis: videat an illi ſtatum materiarum ordinem ſeruent, & eodem tempore ſcribat ad Gen. vel Prou. maxime de obſeruantia Methodi præſcriptæ magiſtris, & inuigilet, an diſcipuli incumbant ediſcendis linguis. *Ibidem.*

16 Priuata quoq; in alijs Collegijs ſtudia, maxime caſuum conſcientiæ frigeſcere ne ſinat, & tempus ab ijs non inaniter conſumi, qui concionibus habendis præparantur, quibus nil præter contenta in Conſt. & formulis Præpoſiti, & Concionatorum permittatur.*Ibid.*

17 Vbi noſtri tantum ſunt ſcholaſtici ſæpius diſputationibus, repe-

petitionibus, & alijs adolescentum exercitationibus intererit. *Dec. Cap. Gen.* 1632.

PRÆFECTVS STVDIORVM apud seculares.

1 In Collegijs vbi scholæ laicorum sunt sit diuersus à Præposito, sine diminutione tamen auctoritatis eiusdem Præp. à quo eligatur, & approbetur vt solent Vicarij, à Prou. neq; per has regulas imminuitur Præpositi auctoritas. *Decr. Cap. Gen.* 1623. *& Regul. Præf. stud. ap. secul.*

2 Magistrorum nostrorum scholas lustrabit, & quod minime rectum compererit referat ad Præp. *Ibidem*.

3 Nostros magistros eliget Generalis; seculares Prouincialis, vtrosq; vero curet eligi doctos, & probatæ vitæ. *Ibidem*.

4 Vbi opus repetitore, eligatur de consensu Præp. & Præfecti, & huic pareat, & Magistro. *Ibid.*

5 De laicis magistris fiat à Præf. & deputatis à Præp. periculum. Emittant professionem fidei, vel doceant emisisse. Solito stipendio contenti, ne quid, directe, vel indirecte à discipulis exigant. Per se, non per alios prelegant. *Ibid.*

6 Horum dimissio spectat ad quos eorumdem admissio. *Ibid.*

7 Discipulos ne recipiat Præfectus non præsentatos à personis bene cognitis, & si expediat fidem exigat de illorum moribus ab vltimis eorum præceptoribus. Caute cum ijs agatur qui ab alijs pijs scholis ad nos diuertunt. *Ibid.*

8 Non nisi per examen à deputatis ad hoc munus, & initio studiorum à Præp. & Magistris nostris, eligendis, admittantur, eorumq; receptiones nomina descripta habeantur cum agnomine, patria, parochia, parentibus, die, anno, mense, in libro ad id destinato, & seruando in Archiuio scholarum. *Ibid.*

9 Pauperes, ignobiles, hæretici quoq; cum sit spes melioris frugi, ne excludantur; consulat tamen discipulorum numero in classibus inferioribus, ne scholæ nimis grauentur. *Ibidem*.

10 Receptis tradat legendas regulas scholarum communes seruandas sub pæna eiectionis. *Ibid.*

11 Omniũ enchiridion habeat, adiecta nota, optimorũ, mediocriũ, &c. vt de singulis iudicium ferre queat in ijs quæ quotidie accidere possunt. *Ibidem*.

12 Vitia omnia, & quæ honestati aduersantur climinet ab omnibus; suspectas item consuetudines, loca noxia, comædias, spectacula publica, & his similia prohibeat. *Ibid.*

13 Videat ne in externorum scenis se inconsulto personam vllam agant. *Ibidem*.

14 Intra scholarũ ædes, omnes ludos (etiam domi si fieri potest) le-

lectionem turpium, & vetitorum, arma cuiusq; generis, etiã in atrio, excludat: modestiam exigat: schedulas vltro citroq; missas, munera, duorum è egressus schola, strepitus, deturpationes scamnorum aut sellarum, & id genus alia ne patiatur. *Ibidem*.

15 Delinquentes cogantur ad pœnas, vel dimittantur. rarò & iudicio Præpositi ob delicta domi patrata in schola plectantur. *Ibidem*.

16 Semel eiectus, vel qui sine causa discesserit, nisi consentiente Præposito, & in grauioribus re cõmunicata cum Præfecto, & magistris, ne iterum admittatur. *Ibid.*

17 Non sit Præfectus puniendo præceps; potius dissimulet (sine præiudicio tamen) nec plectat ipse; sed magistri, & citra vindictam abstineat à contumelia quoquomodo inferenda, & pœnæ loco, potius iniungat literariam exercitationem. *Ibid.*

18 Grauiores pœnas Præposito reseruet; & in conuersatione sua sit nemini familiaris. *Ibidem*.

19 Modum castigandi delinquentes in classibus superioribus consulat cum Præposito de consensu Prefecti, & Magistrorum nostrorum. *Ibidem*.

20 Curet frequentari sodalitià B. V. apud nos consueta, & earum leges seruari, constitutis classibus pro discipulorum varietate, nec alieni recipiantur in his, Præposito inconsulto, & deficientibus eorum Præfectis alios substituat, pridieq; festorum ornari illarum altaria faciat. *Ibidem*.

21 Vbi nostri discipuli prodeunt in publicas Ecclesiasticas processiones; Præfectus altero ex nostris comitante eos deducat de more; vna cum Magistris, ordine classium seruato. *Ibidem*.

22 Academias institui curet augeri, magistratibus ornari, exercitationibus coli, earumq; leges seruari, inutilibus reiectis. *Ibid.*

23 Solemniores ante dies, vel in singula Classe, vel in aula communi per se, vel per alium à Præp. destinatum spirituali sermone ad pietatem hortetur. *Ibid.*

24 Seruetur certa conueniendi hora, & quando varianda, præmoneantur Magistri, & discipuli, & præmaturi accessus prohibeantur. *Ibidem*.

25 De causa absentum, inquirat, approbet, vel reijciat, & vltra triduum absentes, sine causa, sine Præfecti, & Præp. consensu ne recipiantur. *Ibidem*.

26 Scripto tradatur de consensu Præp. Præf. & Magistrorum, ordo rerum agendarum in Classibus minoribus, neq; liceat immutari sine illorum consensu. *Ibid.*

27 Omnes autem earum functiones absoluantur spatio duarum horarum cum dimidia, & à græca-

na,

na, & metrica exercitatione nullus eximatur ad longum tempus sine graui causa, iuditio Præfecti. *Ibidem*.

28 Superiores scholæ dirigantur ad præscriptum regularum Præfecti studiorum, & Const. maxime vero semel in hebdomada acrioribus disputationibus exerceantur; Præfectus vero adsit menstruis censuris, magistratuū renouationibus in classib. inferioribus, & in Superioribus magistros audiat: commētarios, & scriptiones inuestiget: disputationibus, & alijs lectionibus intersit. *Ibidem*.

29 Arceat à scholis omnia, quæ impedimento esse possunt scholasticis exercitationibus. *Ibid*.

30 Indice librorum toto anno prælegendorum de Præp. & Magistrorum consensu in fine Augusti typis euulget, nec alius à Præfecto nō approbatus prælegatur. *Ibidem*.

31 Oeconomias, si quæ sub nostra custodia sunt, visitet Præf. cum socio à Præp. deputando, semel in hebdomada, quæ in Collegio; in mense, quæ extra sunt, nec in Coll. oeconomiam tanquam conuictorē admitti quemquam patiatur, qui scholas nostras non frequentet. *Ibid*.

32 Pædagogum neminem esse sinat non boni nominis, nec permittat sine illo Collegiales egredi, neq; distrahi studijs inutilibus occupatos: modestos esse, non aquis mergi, non fructus ab arboribus decerpere, agros, vineas, vel quoquomodo parata lędere procuret. *Ibid*.

33 Semel in mense magistros sæculares, & insigniores pædagogos conuocet: de Collegialium obseruantia, de re illorum literaria exquirat. *Ibidem*.

34 Quidquid in publicū edi, vel constituisse contigerit, ipse approbet. Si ex nostris Clericis sint, approbent illorum magistri; si isti, quos Præp. elegerit. *Ibidem*.

35 Tragædiæ sint rarissimæ, & latinæ, sacræ, piæ, & ab his muliebris habitus arceatur, sitq; pænes Prouincialem, & eius Consultores facultas illarum recitandarum, & parandæ ad hoc pecuniæ, consulat modum discretum, & habeatur ratio ne temporis iacturafiat, neque Collegij dispendio. *Ib*.

36 Post festa Paschalia, & initio Augusti recognoscantur scholę, etiā superiores in fine anni, aliquo modo. Inferiores ad examen de more traducantur feranturq; de singulis suffragia secreta, quiq; de tribus, duo tulerit, promoueatur, & curetur vt per annum ante Philosophiā quisq; studeat Rhetoricæ; non tamen cogatur. *Ibidem*.

37 Habeat librum Præfectus in quo referātur acta insigniora scholarum, qui seruetur in archiuio sub duplici claue, altera pænes Præfectum, altera pænes Cancellarium ser-

seruanda. *Ibidem*.

38 Detur classibus inferioribus pensum tempore vacationis implendum,& repetendum initio studiorum. Vacatio vero anniuersaria superiorum scholarum ne breuior sit mense, nec diuturnior trimestri. *Ibidem*.

39 Detur à Præp.minister Præfecto qui scholis,in ijs quę opus sunt inseruiat. *Ibidem*.

40 Vbi discipulorum sumptibus reficiuntur scamna, colligat ipse Præfectus pecuniam, nec aliam ob causam colligi patiatur, & in arca communi seruetur,distinctè cuiusq; propria ratio in libro Procuratoris seruetur. *Ibid*.

41 Inconsulto Prouinciali has regulas non liceat immutari, & in grauioribus idem consulatur,quod si alia occurrant, statuat Præpos. cum Magistris in suis consultationibus alternis mensibus habend s, in quibus aliquid ex his regulis legatur, & si quid prouidendum est decernatur. Legat autem easdem regulas Præfectus initio mandati officij, & studiorum. *Ib*.

V. V. *Studia literarum*. V. *Magistri*.

PRÆFECTVS
Valetudinarius.

1 Omni charitatis officio ęgrotis consulat; statim accersiri medicum curet vbi quē ægrotare intelligat: medicum ipsum venientē excipi; abeuntē verò comitetur; medicamenta quæ præscripserit, in libello notari curet, & dies quibus ægrotos medicus inuiserit. *Regul. Præf. Valetud*.

2 Extraordinarius medicus,inconsulto Superiore, ne aduocetur. *Ibidem*.

3 Curet ægrotos esse in valetudinario, aut saltem in cubiculis salubrioribus. *Ibidem*.

4 Suggerat medico quæcunque ægroto accidisse intellexerit. *Ibid*.

5 Quæ seruanda Medicus præscripserit, adamussim seruari curet, & notet si opus sit in libello. *Ibid*.

6 Quæ comparanda sunt, faciat per officiales, & maiorum auctoritate conseruata. *Ibidem*.

7 Videat, ne quis ex fratribus ægrotos inuisens remedia vlla proponat,sed Præfecto significet,& ne item commemoret coram illis quæ apud nos difficilia sunt ad curationem, vel ordini minime conuenientia, sed agat de his cum Superiore. *Ibidem*.

8 Prouideat illis de his quæ ad spiritualem curationem conducūt. *Ibidem*.

9 Mane,vesperi,& cum cibum sumunt inuiset, & ministrorum officium speculetur, & conualescentium honestæ leuationi studeat. *Ibidem*.

10 Antequam Medicus accersatur,curet ægrotum confiteri, & confessionis testimonium medico exhiberi. *Ibidem*.

11 Pos-

11 Postulanti infirmo, octauo quoque d e prçuia confessione, Eucharistiam dari curet, & aliquibus rarius, vel frequentius de consilio Superioris. *Ibidem*.

12 De vespertina benedictione admoneat Præpositum antequam cubitum eat. *Ibidem*.

13 Christi Crucifixi, & B. Virg. aut aliam, cum vasculo aquæ benedictæ haberi curet in ægroti cubiculo. *Ibidem*.

14 In huius cubiculo, aut vicino cum periculũ imminet, aliquem cubare de Superioris consensu faciat. *Ibidem*.

15 Cum Superiore, & Præfecto çremoniarum consulat opportune de viatico, & extrema vnctione danda, & iuuando infirmo ex ritu nostro & hoc per se ipsum, ratione ægrotanti vtiliore, maximeque prouideat ne vnquam in periculo constitutus destituatur. *Ibidem*.

16 Morte appropinquante moneat Præfectum cæremoniarum pro animæ commendatione ex ritu nostro. *Ibidem*.

17 Cadaueri opportuna prouideri curet; quæ verò ad sacros ritus pertinent, sint Prçf. cærem. *Ib.*

18 Siquis thisico, vel contagioso morbo moriatur, lauari curet, & purgari quæ possunt, & cubiculum dealbari, vacuum & apertum relinqui, & multo magis si peste occumbat. *Ibidem*.

19 Eius curæ intelligantur alij licet non egroti, sed ob aliquid imbecillitatis genus communem viuendi rationem ferre non possunt, quibus de medicorum consilio, & Præpositi consensu prouideat. *Ib.*

20 Abstinere Quadragesimali ieiunio & Aduentus, tum alijs ieiunijs quos expedire iudicauerit, medicus efficiat. *Ibidem*.

21 Qui abstinent Quadragesimalibus cibis, ne illos sumat in communi cenaculo, neque vbi illi parantur. *Ibidem*.

22 De Nouitijs, tantum curæ suscipiat, quantam præscripserit Superior, & eorum confessarius.

23 Initio sui officij suas regulas legat. *Ibidem*.

PRÆLATORVM, & Principum Receptio.

1 Paratus Altaris & Tabernaculi congruat Missæ à Prælato dicendæ. *Cærem, l.3, c.13.*

2 Legato, & Episcopo Diœcesano prima vice ad Ecclesiam nostram venienti, occurrunt Sacerdotes, & Clerici Rochetis induti ad portam Ecclesiæ: pulsantur cãpanæ, & Superior sine stola ministrabit Aspersorium cum osculis. *Ibidem*.

3 Procedente illo ad Altare maius, in quo ardebunt sex candelæ; nihil cantetur: ibi genuflectet, tapete, & duplici puluino præparato & post eum Clerus hinc inde. Discedenti adsit Superior cum aliquibus Sacerdotibus Rocheto indutis,

dutis, nisi exeat per Collegij clau-
stra, illique reuerentiam faciant cũ genuflexione qui non sunt Sacerdotes, alij profunde caput inclinent, & in Missa, prout de missa coram Prælatis *l. 1. c. 4. cærem. Ibid.*

4 Alijs Cardinalibus occurrat ad portam Ecclesię Superior cum aliquot patribus veste Superiori indutis, & illis ministrabit Præfectus Cærem. aspersorium sumptum de manu Clerici deferentis vas aquæ benedictæ, & super Rocheto induti. Laico nunquam ministretur Aspersorium, sed aspergat Præfectus. Eidem sufficit profunda capitis inclinatio, sed Prælatis, vt supra, neque in his casibus pulsantur campanæ. Principibus fœminis idem fit quod de viris. *Ibid.*

5 Si adesse velint missę, aut Vesperis, Prælati sedeant in choro in primo stallo cum tapete, & puluinaribus, vbi locus est Superioris, qui eo casu etiam si deferat pluuiale, sedeat vbi Vicarius solet, sed in solito scamno parato. *Ibid.*

6 Clero veniente ad nostras Ecclesias Iubilæi, vel alterius rei gratia, accensis in Altari maiori sex candelis, & paratis ad sedendũ scamnis pro singulorum qualitate, Præfectus aut alius Sacerdos Rocheto indutus sine stola stans aperto capite ad dexteram ingredientis Cleri, aspergat singulos, & ingredienti Episcopo, det aspersoriũ, aut maiori Canonico Cleri, vt porrigat Episcopo. In reliquis seruetur regula, vt supra. Pulsantur interim campanæ. Neq; pluuiale, neq; thus adhibetur. Adsunt potius cum Præf. vel quatuor, Rochetis induti, nisi consuetudo loci exigat adesse omnes ad excipiendum Clerum. *Ibidem.*

7 Adueniente aliqua Confratria insignis idem præstetur à solo Præfecto & comite; vbi cum pompa conuenire solet ad Ecclesiam nostram. *Ibidem.*

PRÆPOSITVS GENERALIS.

1 Sit valetudine, ætate, virtute, sanctitate, disciplinæ obseruantia, eruditione, prudentia, vigilantia, propensione, & amore in congregationem huic præstando muneri non impar; & si non omnia quæ desiderari possunt, habet; accedat quantum fieri potest, maxime sanctitate, prudentia, & vsu. *Const. l. 4. c. 12.*

2 Ab hoc & Assistentibus regatur totam Congregatio. *Const. l. 4. cap. 1.*

3 Cognoscat munus suum, & hortari, & docere pro opportunitate ne omittat, & quæ proposuerit dicendo, opere compleat, & omnium saluti se accomodans, adhibeat iuxta singulorum conditionem remedia opportuna. *Ibid.*

4 Studeat probe tenere Vniuersæ Congr. statum, & quemadmodum se res in dies habeant, cognoscere: quando Præpositi, & reliqui

liqui officiales se gerant, à quibus etiam poterit cum Assistentium consensu rationem gubernationis exigere, licet ordinarie ea res ad Capitulum Generale referenda sit: vbi remittatur, vel immutetur ratio disciplinæ, maxime in Nouitiatu, & vbi sunt scholæ, & num. Constit. Decreta, & ordinationes quo decet studio vbique seruentur. *Ibidem*.

5 Reuocet ad cognitionem, & approbationem suam quæcunque grauiora in Cong. contingent, maxime si Prouinciales non sint, & prouideat conseruationi, & restitutioni disciplinæ, & morum correctioni. *Ibidem*.

6 Præcipua illius cura est circa animarum salutem. *Ibid. & Reg. Præp. Gen.*

7 Spectet tamen ad ipsum tota auctoritas administrationis bonorum vniuersæ Congregationis cum suorum Assistentium consensu, & ad ipsum deferãtur stabilium venditiones, emptiones, permutationes, locationes, conductiones, & omnes alienationes, vel acquisitiones, pro facultate contractuum i iendorum. *Ibid. & Declar. Const. cap. 17.*

8 Item ad ipsum, vt supra, spectat auctoritas administrationis illorum, quorum administratio eidē credita est ad tempus, vel etiam in perpetuum, pro disponentium voluntate acceptata. *Decr. Cap. Gen. 1623.*

9 Habeat Assistentem professione antiquiorem, qui eum in sua administrandi aduertat.

10 Singulis annis Collegia Lõbardiæ saltem, visitet per se, vel per alium; alia verò semel saltem toto triennio.

11 Proficiscatur autẽ comitatus vno ex Assistentibus, Cancellario, & Conuerso. *Ibidem & Reg. Præp. Gen.*

12 Visitationem agat exquirẽdo rationem disciplinæ, & mortificationis; studiorum & curationis domesticæ, & cognoscendo statum & conditionem prædiorum; ad rationem tamen alibi præscribendam. *Ibidem*.

13 Eligat sibi Cancellarium hominem fide, intelligentia iudicio, vsu, & labore scribendi peritum, & exercitatum, isq; alio officio, si fieri potest non implicetur. *Ibid & Reg. Præp Gen.*

14 Res magni momenti deferat ad Cap. Gen. Censuris caute admodum, & parce vtatur. *Ibid. & Reg. Præp. Gen.*

15 Ordinationibus faciendis parcus sit, & alienus à rebus nouis, & quæ ordinauerit, durabunt ad finem tantum sui officij, in his videlicet, quæ pertinent ad mores, & disciplinam, & a ia huiusmodi in Congregatione obseruanda; & itẽ in electionibus officialium, nisi cõtra expressum sit; quæ ordinarie ad sequens tantum Capitulum durare

 de-

debent; non autem de alijs. *Ibid.& Decl. Const. Ibid.* 1582. 1617. *& Reg. Præp. Gen.*

16 Cum proficiscitur, puta caussa Visitationis, possit relinquere Vicarium, vel vnum ex Assistentibus; vel alium de Collegio vbi habitat, vocalem; non tamen tenetur relinquere maiorem professione, sed pro sua libertate alium quemq; immò quandoq; expediet; etiam alium in Collegio vbi habitat, modo sit vocalis. Videat tamen cui hanc potestatem demandet; & quã plenam; & item intelligat, se præter necessitatẽ, à loco domicilij sui discedere non debere, quod & alij superiores obseruent. *C. l.* 4. *c.* 12. *Mon. C. G.* 1647. *& Reg. Præp. Gen.*

17 Casus aliquos cum consensu Assist. sibi reseruare poterit, vt expedire iudicauerit, & hæc reseruatio durare intelligitur etiam tempore Cap. Gen., & donec eius successor aliud statuerit; eorumq; facultatem, cui volet, poterit impartiri. *Ibid. & Decl. Const. Ib.*

In quibus requiratur Assistentiũ consensus. *Vide V. Assist. cons.*

18 Habitet Mediolani in Collegio, vbi officio Præpositi fungetur alius, sine Generalis prærogatiuæ, vel potestatis imminutione. *Ibidem.*

19 Ob penuriam idoneorum, possit esse Præp. eiusdem Collegij vnus ex Assistentibus, & nihilominus Collegium Mediolanense sit subiectum visitationibus: exceptis Præp. Gen. & Assistentibus. *Ibid.*

20 In victu, vestitu, supellectili, omniq; vitæ opportunitate, necessitati, non splendori consulat, & vnum tantum habeat, qui ei in seruiat, & à communis vitæ disciplina non discedat. *Ib. & Reg. Præp. Gen.*

21 Duret illius officium triennio, ab vno scilicet Capitulo Gen. ad aliud. Possit tamen breuius etiã eiusmodi officio præstitui; & e contra possit in perpetuum demandari, modo tres, ex quatuor suffragiorum partes eligendo accedant, ad rationem præscriptam in Cap. de electione Gener. Ne facile tamen id fiat, maxime Congregatione in quatuor Prou. non diuisa, & quando contingat, reliqua administrationis, & electionum ratio maneat. *Ibidem.*

22 Decedente Generali extra ordinarium tempus Capituli celebrandi, Assistens antiquior professione pro eo administret sub nomine Vicarij Generalis, qui quamprimum capitulum conuocabit ad rationem præscriptam, & si conuenire non possit, seruetur ratio decreta in hoc genere, vt supra, tenente interim Generalis locũ ipso Assistente, qui vtatur reliquis Assistentibus eodem modo. *Ibidem.*

23 Si ineptus fieret Generalis, & nimis longum esset expectare tempus Cap. Gen. scribant Assistentes ad locales Præp. vel Prouin-

ciales

quales si fuerint Prouinciæ; & statuant quid agendum, stetürq; sententiæ maioris partis. *Ibid.*

24 Si sentiant conueniendum, conuenient vt supra, & statuant de dando Vicario, Præp. Generali; & fiat electio vt de Generalis electione definitum est. Si eligatur Assistens, sufficiatur alius in eiusdem locum, & eodem modo, si quis ex alijs officialibus fuerit electus, maior ex Assistentibus præsit eiusmodi Congregationi. *Ibid.*

25 Is Vicarius vtatur Assistentibus, & habeat omnem potestatem; sed erga Generalem ita se gerat, vt pro modestia, & prudentia sua aliqua cum illo communicet, & honorem illi habeat. *Ibid.*

26 Liceat, si rectum iudicetur; non decernere Vicarium; sed eius potestatem tantum ita circumscribere, vt nihil graue sine consensu Assist. agere possit; itaut quod maior pars quinq; illorum virorum statuerit, id ratum habeatur. *Ib.*

27 Si Generalis in crimen accidat; antiquior Assistens cum aliorum consensu quamprimum conuocet Capitulum, cui idem Assistens præsit, & Generalem deponant, nouumq; eligant, qui maneat ad proximum Capitulum. *Ibid.*

28 Crimina sunt; Hæresis, carnis copulatio; versio bonorum Cōgreg. in rem, vel propriam, vel aliorum, si res magni momenti sit, arbitrio Capituli. Item omne crimen, quod iure ciuili morte punitur; vel canonico, pœna depositionis. *Ibidem.*

29 Moriente Generali, si tempus per ordinarium Capit. minus sex mensibus longe sit; omnino habeatur Capitulum, & fiant electiones omnium officialium, qui ad sequens triennium maneant, & ordinarium Capitulum non fiat proximo cōsueto tempore; alioqui electio Generalis tantum fiat, qui tantum maneat ad tempus proximi Cap. & ad hanc electionem conueniant solum omnes vt supra; quod intelligitur in duobus alijs casibus morbi, & criminis. *Ibidem.*

30 Ijs, qui aliquando fuerint Generales, detur perpetuò titulus Reuerendi, & prætereà possunt eligere sibi habitationem in Collegio, quod maluerint, neq; tenentur accusare se in Cap. culparum; possunt item sedere vbiq; post Vicarium, & semel in die manè tantum à Superiore loci benedictionem petere. *Dec. Cap. Gen.* 1623. 1635.

31 Celebranti Generali diebus festiuis in nostris Ecclesijs, vel in alijs, dentur Sacerdos Assistens, & duo Clerici ministrantes Missæ. *Mon. Cap. Gen.* 1647.

32 Cum Visitationis causa proficiscitur, comitatus sit vno ex Assistentibus, Cancellario, & Conuerso. *Reg. Præp. Gen.*

33 Præcipuos libros de religioso regimine, & spirituali guberna-

tione, & omnia ad nostrum institutum spectantia ad manus habeat *Regul. Præp. Gen.*

34 Sex illius sunt partes. Exemplo preesse; docere, & exhortari; arguere, increpare, castigare; Cong. statum plene cognoscere, disponere, ordinare; per se, et per Epistolas singula loca visitare; grauiora, per se et per alios dirigere, et expedire. *Ibidem*.

35 Ne præter necessitatem à suo domicilio discedat, idemq; curet fieri ab alijs superioribus. *Ibid.*

36 Amore potius, quam timore ad bene agendum impellat: seniores obsecret, non increpet; nihil tamen quod scandalum præseferat patiatur. *Ibidem*.

37 Errata in ipso statim ortu emendet: in obiurgationibus à nimia seueritate, et animi perturbatione abstineat, et peccantes ad Euangelicum præscriptum corrigat. *Ibidem*.

38 Animaduersiones, & pœnitentiæ in Constit. non contentę, ad Canonum pręscriptum dirigantur; quæ vero tertij ordinis, et si quę perpetuę sunt, se inconsulto, ne infligi patiatur. *Ibidem*.

39 Incorrigibiles ne eijciat sine consensu Cap. Gen. vel Assistentium vbi tempus non est idem Cap. expectandi. *Ibidem*.

40 Immoderatas quasdam affectiones vt primum apparere viderit reprimat. *Ibidem*.

41 Decreta Cap. Gen. eiusq; mandata, et monita studiose exequi curet. *Ibidem*,

42 Grauiora quęcumq; agentur in Cong. tota agnoscat, approbet, vel reuocet. *Ibidem*.

43 Erga omnes se propensum exhibeat sine suspicione acceptionis personarum. *Ibidem*.

44 Potestatem sibi demandatam à Const. retineat, non excedat, nec ea abutatur. *Ibidem*.

45 Sine vrgente causa ne in Const. dispenset, et modo non sit prohibita talis dispensatio quę cesset cessante illius causa. *Ibidem*.

46 Leuibus de causis ne in scriptis præceptum faciat, vel acta à prędecessore reuocet, idq; curet, et in alijs Præpositis. *Ibidem*.

47 Curet vt certior fiat à Prouincialibus, et Præpositis per literas de rerum suarum statu, quomodo se gerant, & ab illis possit etiam cum consensu Assist. exigere rationem gubernationis, regularis disciplinæ in omnibus serautę, maxime vbi scholę et nouitij sunt; neq; aut pluribus quam redditus patiātur Collegia grauet, aut paucioribus quam functiones exigant prouideat. *Ibidem*.

48 Mutationes personarum ne facile faciat, et iuxta singularum habilitatem officia distribuat, et ab officialium subordinatione, curet ne discedatur. *Ibidem*.

49 Parua Collegia ad iustum per-

personarum numerum quamprimum augeat. *Ibidem*.

50 Vitia quæ ab otio nascuntur eradicet: in suo robore obedientiam constanter retineat, & remissam restituat: pericula omnia castitatis auertat: omni conatu proprietatis vitium ableget: maioribus, et senioribus debitam reuerentiam procuret: conuersos in sua humilitate contineat, & bene ordinatam inter omnes charitatem. *Ibidem*.

51 Receptiones nouitiorum caute, & fideliter fieri curet, neq; lucrandi prætextum pietati officere hac in re patiatur; ipseq; generalis vadat quandoq; in negotium præsens, ad nouitiorum locum. *Ibid.*

52 Literarum studium omni solertia prouehat, & illa maxime quę nostris institutis promouendis cōducent. *Ibidem*.

53 Collegium vbi habitat curet fieri alijs exemplum regularis disciplinæ. *Ibidem*.

54 Prouinciales, & Visitatores videat, ne visitationes statas in Cong. omittant, & ad praxim reduci curet Visitationū decreta. *Ib.*

55 Superiorum authoritatem tueatur: indisciplinatos ne castigare omittat: si quid cum aliquo indulgendum habeat, cum illius Præposito communicet. *Ibidem*.

56 A communi Assistentium sententia ne facile discedat, neq; in quam partem ipse inclinet ostendat; quod si de iure quid agatur, id prius ad iuris peritorum consilium traducat; grauiora vero aliquanto antea proponat Assistentibus: Collegiorum literas præsertim quæ ad status ipsorum tum spiritualem, tum temporalem, aut ad personarum, rerumq; agendarum cognitionem pertinent cum Assist. communicet, & omnia item Cong. negotia, ne quidquam eis cęlet. *Ibidem*.

57 Literas quas in die recipit, penes se, vel Cancellarium seruet, dispositas per menses, & annos; itemq; earum exempla, registrata quas ipse alijs transmittit. *Ibid.*

58 Rerum agendarum notulas habeat, ne quid per obliuionem ommittat. *Ibidem*.

59 Tempestiue admoneat Proc. Gen. de negotijs in Curia Rom. tractandis. *Ibidem*.

60 Prouideat Procuratorem, qui exigat quotannis pro rata, partem quindennij soluendi Romæ, sub deposito seruandam, & stato tempore soluendam. *Mon. Cap. Gen.* 1619.

61 Recolat aliquanto ante Cap. Gen. & notet grauiora tam acta in triennio elapso, quam agenda in subsequente. *Reg. Gen.*

62 Ita se Cong. totius Præp. ostendat in omnibus, vt tamen deferat Cap. Gen. quæ huic proprie assignata sunt, videlicet.

63 Constitutionem facere, abrogare, interpretari, seu interpretationem per modum prouisionis

de

de consensu Assist. factam, approbare Collegiatum obligationibus perpetuis à nostris institutis: alienis, recipere, & aliqua dissoluere: onera missarum perpetua recipere: dispensare in iure suffragij ante quadriennium à professione: punire curantes sibi demandari in Cõg. vel extra per se, vel per alium, dignitatem Præp. Gen. Assistentis, Visitatoris Procur. Gener. eligere Præp. Gener. *Ibid. & sparsim in Const.*

64 De consensu Assistentium requisito vide sup. verb. *Assistentium Consensus.*

PRÆP. GENER. ELECTIO.

1 Peractis omnibus in Capitulo tractandis; mane fiat Congregatio, in qua legatur Cap. Const. de electione Præp. Gen. Ad negotium propositionum delegati, proferant notationem eorum, quæ, ex inuestigatione status Congregationis, habere debet eligendus: Præses Cap. hortando verba faciat ad idoneam electionem faciendam: quod reliquum temporis intercedit ad alteram sequentem diem, imploranda spiritus Sancti gratia impendatur, & idoneum virum considerando. *C. l. 4. c. 8.*

2 Modus exequirendi is sit, vt nihil attingatur in interrogationibus, & responsionibus quod non pertineat ad cognitionem alicuius viri idonei: Per se, & non per alios, & cum electuris tantum quisq; inquirat: ne certum aliquem se electurum significet: non interrogatus se ingerat: neq; præter hęc verbum aliquod de eiusmodi electione faciat. *Ibidem.*

3 Qui contra hæc fecerit, ad Præsidem deferatur. *Ibidem.*

4 Vbi dicta inquisitio necessaria non videatur, ne fiat, nisi aliud iudicet Cap. Generale; idemq; sit dictum de inquisitione facienda aliorum officialium, præter ea, quę de Præpositis fiet. *Ibidem.*

5 Si plus temporis opus sit ad hanc inquisitionem faciendam, statuat Capit. Gener. *Ibidem.*

6 Pridie quam fiat electio ieiunetur à toto Collegio, & exponitur Sanctissimum Sacramentum sine processione, & coram eo bini Capitulares, & Collegiales per vices orabunt continue, & initio dicuntur litaniæ ad præscriptum tabellæ cum precibus quæ dicuntur sede vacante, vt ex Cæremon. *lib. 3. c. 1. de elect.*

7 Ante diem electionis in Cong. quæ fit mane Cancellarius de suggestu legit cap. 8. & 12. lib. 4. Const. & notulam eorum, quæ eligendus habere debet, traditam à Præside, & promotoribus, quam relinquet affixam in loco Capituli cum indice eorum Patrum, qui eligi possunt in Generalem. *Ibidem.*

8 Eligi debet qui fuerit aliquando ex Assistentibus, vel Visitatoribus Gen. vel Proc. Gen. vel certe

Prę-

Prouincialis,aut saltem Præp. localis, siue ex ijs qui ad Cap. Gen. venerut, siue non. *C. l. 4. c. 12. & Cerem. Ibidem*.

9 Postremo Præses hortando verba faciat ad eiusmodi electionem pertinentia, & dimittitur Congregatio. *Ibidem*.

10 Postridie missa de Spiritu Sancto summo mane cantatur à Præside, ministris, & Assistente, de more, cum *Gloria*, & *Credo*, & vnica oratione, præsentibus Capitularibus, & Collegialibus: & qui electioni interesse debent, Eucharistiam sumunt adhibita stola rubea, & in reliquo seruantes quæ de Cõmunione fer. 5. Cænæ Domini habentur. *Ibidem*.

11 Finita missa,expectent electores in choro,reducente de Sacristia, rocheto, & stola rubea indutũ Pręsidem,& pręlata inter acolythos candelabra accensa gestantes, cruce,hymnoq; à Præside genuflexo cum cæteris, *Veni Creator*,incepto; Collegialibus ante Sanctissimum Sacram. orantibus vsq; ad electionem, itur ad Capituli locum, vbi candelabris depositis super mensa scrutinij, vbi & Crucifixus medius stabit,suo quiq; loco rocheto indutus genuflectit, & repetitur ab omnibus idem hymnus, nihil præterea addito; sed surgunt omnes, sedent, sermonem audiunt habentem de pulpito sine stola, & solo rocheto indutum, præuia de more benedictione Præsidis. *Ibidem*.

12 Absoluto sermone tacite oratur per dimidiam horam, Cancellario horologium gestante, qui & ista absoluta pronunciat, *In nomine Sanctissimæ Trinitatis &c.* & ad suffragia pro electione facienda venitur; primo quidem à Præside, deinde à Promotoribus, postea alij secundum tempus professionis. *Ibid.*

13 Genuflexi iurant, scribunt, schedulam eleuant, in vas conijciunt, vt dictum est de Præsidis electione, de qua sup. V. *Capitulum Generale*. Eodem modo dantur suffragia, fiunt scrutinia, eligitur in Gen. qui duas suffragiorum partes tulerit. *Ibidem*.

14 Scrutatores sunt, Præses, Promotor antiquior, & Cancellarius, qui præuio ad formam iuramento, scrutinij curam habent. Idemq; modus seruatur in alijs scrutinijs pro officialibus eligendis. *Ibid.*

15 Qui duas ex tribus suffragiorum partes tulerit, cæteris omissis, ille sit electus; secus, alij ordine nominentur, & de ijs singillatim dentur suffragia. *Ibidem*.

16 Si nullus tulerit duas suffragiorũ partes; pronuntietur cuiusq; suffragiorum numerus, & iterum detur suffragia,& prout cuiq; maior suffragiorum numerus obtigerit, de illo primò suffragia dentur. Si nihil fiat; dentur tertiò, eodem modo ita tamen, vt ij sint exclusi, qui in præcedentibus scrutinijs plus tribus

bus suffragijs electi non sint. *Ibid.*

17 Si adhuc nihil fiat; dentur quartò, excludendò eos, quibus plus quatuor suffragijs non obuenerit; nisi forte omnes sint in eodem casu, in quo, nullus est excludendus. *Ibidem.*

18 Quod si neq; in eo duæ partes accesserint; is sit electus, qui plura alijs suffragia tulerit, modo tulerit maiorem totius numeri partem. *Ibidem.*

19 Quod si adhuc res non perficiatur, eodem modo scrutinium repetatur. *Ibidem.*

20 Electus, sine aliqua recusatione subeat onus sui officij. *Ibid.*

21 Schedulas nominationis nullus inspicat præter scrutatores, qui statim illas comburent, idemq; fiat in alijs casibus. *Ibidem.*

22 Electione facta, conficitur Decretũ à Cancellario in folio separato ad prescriptum Const. quod subscriptum à scrutatoribus, & sigillo Cong. munitum legitur à Præside, vel si is sit electus, à Promotore antiquiore. *Ibidem.*

23 Idem Cancel. defert ad electum stolam albam, quã secum ferre debet veniens cum alijs in processione in Capitulum, & illa collum electi circumdat, & ducit ad propriam sedem. *Ibidem.*

24 Sedenti, Præses, deposita stola, cum genuflexione reuerentiam facit: eodem modo promotores, & demum alij salutabunt. *Ibid.*

25 Dato signo cum campanula, conueniunt omnes de Collegio ad fores Capituli, & præcedente cruce cum Acolythis, vt supra; sequente Clero, & post cum Generalis, itur ad chorum, & cantatur canticum *Benedictus.* &c. Dicuntur orationes de more vt in *Cærem. l. 3. c. 1. vbi supra.*

26 De Choro itur in Sacristiam, vbi parata sede excipitur Generalis, qui & à Collegialibus salutatur vt supra, assistentibus Patribus Capituli vsq; ad finem. *Ibidem.*

27 Cessant postea omnes officiales Capituli, & quisq; sedet ordine professionis quoadusq; aliorum officialium electio fiat. *Ibid.*

28 Si in Sabbato terminatur Capitulum, dicuntur Missæ de B. V. cum orationibus de Sanctissima Trinitate, & pro gratiarũ actione: pro dimittendo vero Cap. cantatur Missa de Sãctissima Trinit. cum vnica illius oratione, & pro gratiarum actione. Cærem. *l.* 3. *c.* 1.

PRÆPOSITVS LOCALIS.

1 Tempore Cap. Gener. Proposita notula vocalium qui eligi possunt, & lecto capitis 4. lib. 1. Const. paragrapho *quoniam vero.* vsq; ad finem, & *Cap. X. lib.* 4. eligitur primo loco Præpositus nouitiorum præmissis iuramentis, & suffragijs, vt de more, & scrutatores erunt Præpositus, & Procurator Generalis, & Cancellarius, & Procurator Gen. si nõ iurauit pro scrutinio,

tinio, iuret: deinde successiue Præpositi scholarũ, lecto prius de Cap. 5. l. 3. Const. à verbis, *in Collegijs, vbi scholæ fuerint*, vsq; ad finem paragraphi, deinde alij, ordine seruato ad libitum eligantur, licet Cãcellarius debeat euulgare illos ordine professionis seruato, præmittendo tamen Præp. Nouitiatus, & scholarum, Rectoribus, hos vero, superioribus. *C. l. 4. c. x. & Carem. lib. 3. c.* 1.

2 Possit Assistens, Præpositus esse Coll. vbi habitat. *C. l. 4. c.* 13.

Possint electi Præpositi permanere triennio vsq; ad proximum Cap Gen. *Ibid. c.* 17.

3 Dicuntur locales quod in vnoquoq; loco constituendi sunt. *Ibid.*

4 Extra tempus Cap. Gener. sub finem cuiuslibet anni à Capituli tempore incipiendi; Prep. Gen. vna cum Assistentibus consulet de nouis Præpositis eligendis: & rebus omnibus circumspectis; si rectum visum fuerit, cum consensu Assistentium nouos constituat, & reliqui censeantur confirmati. *Const. Ibid.*

5 Præpositi vnius Prouinciæ transeuntes ad aliam negotiorum causa, non subduntur Prouinciali eiusdem Prouinciæ. *Dec. Cap. Gen.* 1635.

6 Transactis sex annis omnino quisq; vacet saltem per annum; & post tres primos annos, denuo quidem eligi possint, sed non nisi mutato Collegio præficiantur: ex rationabili vero causa in eodem Collegio, arbitrio electorum, saluis in hoc genere alijs constit. decretis. *Declar. Constit. l. 4. c. 7. 1623. 1635.*

7 Eadem auctoritate vti possint Electores etiam in deponendis intra triennium Superioribus minus idoneis. *Mon. Cap. Gen.* 1638.

8 Ne facile tamen mutentur Præpositi Nouitiorum, & scholarum. *C. l. 4. c.* 17.

9 Omnium sibi commissorum curam gerant, & præfectius eorum, quæ ad spiritum pertinent. *Ibid.*

10 Studeant in regulari obseruantia cæteros anteire, & cognitionem habere constitutionũ, Decretorum, & Regularum Congregationis, & eorum auctorum qui de spirituali gubernatione conscripsere. *Ibid. & l. 2. c. 3. & Regul. Præp.*

11 Æqualitatis regulam, nisi quatenus officij necessitas postulat, nõ egrediantur. *Const. Ibidem.*

12 Omnia seruanda, curent seruari, & in Collegijs paruis, & si quid difficile videatur, consulent Generalem. *Ibidem.*

13 Cognoscant quomodo vnusquisq; horas suas collocet, quid legat, scribat, curentq; ne tempus teratur. *Ibid. & Const. lib. 2. c.* 15.

14 Opportunas admonitiones, tum publicas, tum priuatas ne prætermittant, maxime vbi viderint in re aliqua remitti regularẽ disciplinam. *Ibidem.*

15 Singulis mensibus, de statu sui Collegij, & de personis scribant ad Præp. Gen. vel Prou. & hos consulant in grauioribus. *Ibidem*.

16 Habeat vnusquisq; Præpositus ex grauioribus Collegij sui, quatuor quidem, vbi duodecim sint voc ales, duos, vbi minor numerus, quorum consilio, & opera in administratione sua vtatur, ijq; appellentur Discreti. *Ibidem*.

17 Cum his, bis, aut ter in anno, domum, omnia cubicula, & loca ex improuiso perlustret, & si quid defuerit, aut superfluum fuerit, aut contra disciplinam nostram, prouideri, tolliuè curet. *Ibid.*

18 Hi quoq; scribant ad Generalem, vel Prouincialem, si Collegij Præp. moriatur, inhabilis reddatur, aut in crimen incidat, vt de Assistentium consensu prouideat. *Ibidem*.

19 In grauioribus, Capitulum suum consulat Præpositus, in quo conueniant omnes, qui ius suffragij habent. *Ibid.*

20 Maior ex discretis, in eo monendo, charitatis officium præstet. *ibidem*.

21 Ab isto vero piè, sanćteq; monitionem accipiat; non exprobret vnquam, ne per significationem quidem commemoret, quasi sine causa, maleq; sit admonitus. *Reg. Præp. loc.*

22 Sed & ipsi, cum erratum aliquod denuntiatur; ne facile credat; nec temere, ac subito errantem obiurget: neq; dissimulet; sed prudenter, & caute inquirere ne omittat; tum ex accusato, tum ex alijs, prouideat prudenter. *Ibid.*

23 Idem præstet cum senibus, illos tamen reuerendo, & procurando vt ab alijs idem honor habeatur. *Ibidem*.

24 In animaduersionibus, & pœnitentijs, ordinarie ipse statuat; sed in grauioribus, puta tertij ordinis, consulat Generalem, vel Prou. & Generalem omnino, si de perpetua pœnitentia agatur; idq; sit dictum; tum de ijs quæ Constitutione, vel ordinatione aliqua expressæ sunt, quam de alijs statuendis: quæ quidem ad Canonum pœnitentialium normam dirigendæ sunt. *Const. l. 2. c. 12.*

25 Caueat in obiurgando à nimia acerbitate, contumelia, & animi perturbatione, & item à nimia facilitate, indulgentia, & leuitate. *Ibidem*.

26 Omnino autem in fratrum salute procuranda orationi nitatur. *Ibidem*.

27 Adolescentes audacioris presertim ingenij, qui cum obiurgantur, l. pęna aliqua afficiuntur passim in ea verba prorumpunt se discessuros à religione, castiget cum iudicio discretorum. *Dec. cap. Gen. 1620.*

28 In iuridica coercitione prima cognitio spectet ad Præp. localem.

lem. *Ibidem* 1608. 1623.

29 Qui iunctas superioris pœnitentias recusauerit, post secundum monitionem, includatur in cubiculo, donec obediat. *Ibid.* 1630.

30 Monita incorrigibilitatis, ne alicui denuntiet, nisi prius approbatum fuerit à P. Generali. *Mon. Cap. Gen.* 1647.

31 Processus causæ Criminalis, obsignetur vt legi non possit, & in arca propria asseruetur, cuius clauis sit pœnes Prępositum. *Ib.* 1623.

32 Domi se, quantum possit contineat; & nisi iustissima causa, ab vrbe ne exeat, & vbi contingat, ne amplius absit sex diebus sine superioris sui concessu. *Reg. Præp.*

33 Domo exiens Vicarium admoneat, vt alter eorum adsit in Collegio; si ambo exeant, sufficiant ex vocalibus maiorem professionis vocalem, si tamen non de vrbe exire contingat. *Ibidem*.

34 Negocium, studium, functionem, ne suscipiat, quod eius officiũ impedire possit, & si dubitetur impediendum, consulat suum superiorem. *Ibidem*.

35 Auctoritatem suam cum modestia, humanitate, amore, & grauitate coniungat. *Ibid.*

36 Communem disciplinam seruet, & vti secũ potest dispensatione si qua indiget, sed alieno fisus iudicio; & in diuturna consulat superiorem, & cum ipso etiam, confessarium, si velit vti seueriori viuendi modo, nisi agatur de rebus leuis momenti. *Ibidem*.

37 Cognoscat, & secum habeat institutiones, decreta, præscriptiones nostras, vt partim ipse peragat, partim vt cognoscant & peragant alij, maxime quæ ad singulorum officia spectant, efficiat; & si quid difficile seruatu viderit, consulat superiorem suum si de re graui agatur. *Ibidem*.

38 Constitutiones nostras, & regulas officiorũ, & huiusmodi iusta ex causa in Collegio legendas, tradere potest alicui extraneo, non extra, sine Generalis concessu. *Ib.*

39 Ea præcipue officia perscrutetur, quæ pertinent ad diuinum cultum, puta quæ ad sacristiã, chorum, Ecclesiam, Confessariorum assistentiam, regularum suarum obseruantiam, & id genus alia. *Ibid.*

40 Cum alijs, discrete dispenset, & non leui de causa. *Ibidem*.

41 Certe dispensationem toto officij sui tempore duraturam ne concedat, sed potius ad certum tempus renouet; secus impetretur à Generali. *Ibidem*.

42 Cum eligitur Præp. & confirmatur, renouentur ante obtentæ dispensationes, quas etiam Generalis renouabit eodem modo, & quidem vrgente causa, vltro exhibeantur hilari charitatis officio, nõ petentibus. *Ibidem*.

43 Vicarium, mente, spiritu, consilio coniunctissimum sibi eliget, & cu-

& curet per officialem suum munera cuiq; demandata impleri, etiã ab ipso Vicario, itaut omnia concinne ordinata, quiete perficiantur. *Ibidem*.

44 Ineptos officiales superiore consentiente amoueat, & alios substituat, si tamen vrgeat grauis causa. *Ibidem*.

45 Maxime enitatur, vt rite Sacramenta suscipiantur; Sacerdotes missam celebrent, & Ecclesiastica officia ad diuinum cultum pertinentia peragantur. *Ibidem*.

46 Constitutionem de habenda semestri confessione bis in anno legi curet de more, & ad eam seruandam hortetur, initio .s. quadragessimæ, & paulo ante festum Sanctorum omnium. *Ibid*.

47 Item prima Aduentus, & Quadragesimæ hebdomada regulam confessariorum, & an omnia seruentur, diligenter inquirat. *Ibid*.

48 Neminem, licet generaliter probatum, destinet confessionibus fœminarum ordinarie audiendis, inconsulto Superiore. *Ibid*.

49 Pro Collegijs, benefactoribus tàm viuis, quàm defunctis orationes fundi, & pia opera adiungi toties, quoties expedire iudicauerit; sacrificia item offerri, curet. Sed ordinarie secunda feria primæ hebdomadæ quadrag. id præstet, & sacrificia pro viuentibus postridie illius diei offerri mandabit. *Ibid*.

50 Sine consensu Capituli, & Generalis approbatione, nullum recipiat in numerum benefactorũ; & si quis desideret literas vsitatas de communicatione meriti bonorum operum Congreg. ea de re scribat ad Præp. Gener. *Ibid*.

51 Reliquias reuerenter haberi curet, & hortetur, in priuato habitas potius deferri in Ecclesiam, ex qua ne aliquas extrahi alicui dãdas permittat, sine facultate in scriptis P. Gen. *Ibid*.

52 Clauem prætiosioris supellectilis pænes se habeat, & si exierit domo; prouideat vt in improuisis casibus ad sacrum faciendum Prçlato, vel hospiti necessaria prompta sint. *Ibid*.

53 Elationem & spiritus sæculares in subditis reprimat, & ita literis & doctrinę tribuat, vt maior ratio sanctitatis, & perfectę disciplinę habeatur. *Ibid*.

54 Lectoribus, concionatoribus, & studijs litterarum occupatis nihil indulgeat pręscriptis nostris non contentum, vel non necessarium pro illorum functionis necessitate. *Ibid*.

55 Paupertatem secundum regulas nostras, et communitatem rerum omnium, omni cura, et cautione tueatur. In quocunque genere rerum proprietatem studiose insectetur, etiam in minimis, immo etiam eius vitij speciem seuerissime arceat. Neminem quocunque loco, prętextu; apud se, l, apud aliũ, dome-

domesticum, extraneum proprio nomine, aperto, vel tecto habere patiatur; sed pecunia omnis, vere, certe, dilucide, sit communis, et cõmuniter, et equaliter dispẽsetur. *Ib.*

56 Excludat etiam vsum superfluorum, et quid quid aliquo modo similitudinem dominij habeat, vel proprietatis, et excludat res prohibitas per declarationem Constit. Cap. Gen. anni 1585. et hec omnia nulla habita ratione legati facti Congregationi, aut proprie alicui, aut cuiusuis tituli *Ibid.*

57 Contra hec sciat Prepositus nullam se facultatem posse concedere. *Ibidem*.

58 Voces *meum*, et *tuum*, omnino excludat.

Neque vehicula, neq; etiã equi, nisi vulgaris pretij habeantur. *Ibid.*

59 Necessaria pro subditis emẽda, comparentur per offitiales ad id destinatos, et corruptelam illorum ne tolleret; qui illis neglectis, sibi ipsis sine iusta causa procurant; licet sub titulo pecunie eius intuitu date. Neque patiatur in ipsis mercatorum libris proprium alicuius nomen, sed commune Collegij. *Ib.*

60 Peti, dari, accipi, aut recusari aliquid sine obedientia ne peritmtat. *Ibid.*

61 Quidquid accipitur, vel expenditur, in libris rationum cũ alijs expẽsis notari maximè obseruet. *Ib*

62 Curet perfectam obedientiam & exercitationem infringendæ propriæ volũtatis vigere, & seruari Decretum de mulieribus sine necessitate domi nõ conueniendis, & quandoqne magis si de spiritualibus agatur, & id seruari de Congregationibus mulierũ, & monasterijs quibuscunque adeundis. *Ib.*

63 Collationes spirituales, & Capitula culparum haberi & seruari curet vt supra. *V. Capitula culparum, & Collationum spirit.*

64 Quos dignos iudicauerit Clericos, proponat in tempore Generali Præp. ordinandos, sine cuius iussu, ne aliquem in Capitulo suo proponat nec ab alijs proponi patiatur testimonij habendi causa. *Reg. Præp.*

65 Moneat Concionatores, vel etiam Superiores certiores faciat, si forte id munus exerceant contra Const. præscriptum, & citra populorum vtilitatem, neque aliquem ad habendum publice sermonem permittat siue foris, siue in vrbe, sine generali saltem Præp. Gen. facultate facta concio naturo, vel ipsi Præposito. Specialem autem habeat, si ordinarium cursum subire debet, & ipso Generali consulto id munus aggrediatur. *Ibidem*.

Quin etiã caueat, ne quis quadragesimales, vel annuales conciones habeat imposterum, qui vel cũ laude Theologicas thæses publicè non defenderit, vel peculiari examine probatatus non fuerit, nec sine patentibus P. Gener. literis id munus

munus obeat. *Dec. Cap. Gen.* 1650.

66 Ad cohortationes & monitiones ex Constitutionibus habendas sumat occasionem communiũ conuentuum, & præcipuarum solemnitatum, & sacratiorum temporum, in quibus hortetur fratres ad debita officia, & ad fructum, tum sibi, tum alijs quærendum. *Ib.*

67 Humaniter excipiat, quin & inuitet volentem secum de statu spirituali proprio communicare: singulorum statum, & conditionem cognoscere studeat, & opportuna cuiq; remedia admoueat; idque maxime tum per se, tum per instructorem suum præstet cũ recenter è nouitiatu eductis, vel qui adhuc sũt in nouitiali disciplina. *Ib.*

68 Peccandi occasiones prudenter ab omnibus auertat, maxime ab eis, qui boni apparent. *Ibid.*

69 Periculosam extraneorum consuetudinem, & item nimiam, auertere curet & item, ne ex ciuili tantum officio amicorum salutionibus quis vacet; sed ad præscriptum Constit. opportunis admonitionibus prouideat. *Ibid.*

70 Seruet quæ de litteris Superioribus ostendendis regulis nostris præscripta sunt ad formam supra. *V. litteræ* descriptam.

71 Sine iusta causa, et nimium frequẽter exire neminem permittat, et ita, vt Collegialibus domus non destituatur, et pro conditione personæ inuestiget an quid mali lateat, et deprehendat aliò diuertisse, quam aperuerit. Interroget autem, quò quisque sit iturus. *Ibid.*

72 Comitem Clericus quisque habeat, in Vrbe, Oppido, et in itinere etiam, quantum fieri potest, et inquirat pericula Conuersorum, cũ sine comite ire permittũtur, et prouideat pro periculi qualitate. *Ibid.*

73 Nonnisi cogente charitate permittat suscipi negotia vel procurationes, quæ nimiam exeundi frequentiam requirũt, aut ad multũ tempus prorogantur, et nimiã in eo genere sollicitudinẽ reprimat *Ib.*

74 Non scribi in Confratrijs, & societate, non propria de re consilium capere à Iuristis, aliquem nisi causã ipse probarit, permittat. *Ibid.*

75 Procuratoris vitam dum est in possessionibus; num ad præscriptum instituti nostri sit, inuestiget: ne sinat frequentius aut diutius quã opus sit exire, & morari, & si fieri potest nec iter suscipere dieb' festis ex precepto, neq; abesse. *Ib.*

76 Examinet cum consilio Discretorum cui credat possessionum curam, & prouideat ne Sacramentorum vsus illi desit, vtq; omnia illius salutis pericula auertantur. Mutari eum curet sexto quoq; mẽse, licet vtilitas Collegij aliter suadere videatur. *Ibidem.*

77 Domibus illi ad habitandum decretis, & hortis coniunctis excludantur fæminæ, nisi aliter ex causa Generalis concesserit. Redeuntis

vero

vero statis temporibus ad Collegium aut per se, aut per alium rationem totius temporis poscat. *Ibidem*.

78 Silentij legem, & loquendi moderationem, præsertim post refectionem, & ad focum hyeme conuenientibus seruari curet, adsitq; ipse Præpositus inuigilans, si qui se à cæteris eo tempore subtrahant, & monitione, & correctione occurrat vbi opus est. *Ibidem*.

79 Circum eat ipse, idq; etiam per discretos curet, videatq; num recessus leges seruentur. *Ibidem*.

80 Claues omnium portarum noctu ipse teneat, & recognoscat; sintq; ne clausæ, & custoditæ tum per se, tum per alios maxime discretos inquirat. *Ibidem*.

81 Ne temere credat denuntiatos omnes, vel corriget, sed caute inquirat, & prouideat. *Ibidem*.

82 Cuiusq; salutem, & progressum, etiam indictis spiritualibus exercitationibus procuret, si expediat. *Ibidem*.

83 Seniores reuereatur, sed illorum errata ne dissimulet. *Ibid.*

84 Libros turpes, lasciuos, otiosos, contra mores, ne patiatur in Collegio; turpia vero non continentes, seruari clausi in scrinio bibliothecæ poterunt, legendi solum superiorum concessu. Adhoc respiciat Præp. in visitatione cubiculorum. *Ibidem*.

85 Ne deesse singulis patiatur sacram scripturam, & spirituales libros; curetq; illorum lectionem haberi: Deligat vero ex his quos maxime, & quibus magis idoneos iudicauerit. Rudioribus suppeditet faciliores. *Ibidem*.

86 Statas recreationes diurnas, & hebdomadarias procuret singulis, & neminem sine causa illis priuari permittat; arceat seculares in eis licentias, & inusitatas apud nos recreationes; ne stomachi nimis grauentur extraordinaria refectione, quando aliquid amplius datur, videat; sed potius dari in mensa, nec extraneos admitti, fieriq; inter nostros, & in locis nostris. *Ib.*

87 Decretas corporis afflictiones, & ægrotorum curam haberi, eos inuisere, solari, prouideri, ac medico etiam, illiusq; præscriptionibus interesse ipse procuret, vtq; tum Præfectus, tum ministri in suo officio nulli desint. *Ibidem*.

88 Antequam se det nocturnæ quieti, ægrotos aqua benedicta aspergat, & vbi fuerit opus, ipse Sacramenta ministret. *Ibid.*

89 Conuersorum spiritualem collationem à Vicario, vel ab alio haberi, cui intererit, & ipse quandoq; curet, & assignet si opus erit qui meditationum materiam, maxime nouitijs diggerat. Illos humaniter tractet, & intra fines illorum conditionis contineat, vtq; Clericos reuereantur, & contenti sint rudiori victu, & vestitu, secundum

Z voca-

vocationis suæ genus, animaduertat. *Ibidem*.

90 Rem domesticam curet: iura Collegij noscat: litium rationem, & cursum intelligat; quid Procurator agat circa fundorum, & possessionum administrationem. Eligat vna cum maioribus Collegij officialibus Conseruatorem à Generali vel Prou. approbandum, antequam electio alicui nota sit. *Ibid.*

91 Consulat Capitulum circa quantitatem,& modum dãdæ pauperibus eleemosynæ. *Ibidem*.

92 Efficiat vt Vicarius memoria seruet, aut notet si quid extra Collegium commodari, mutuari, aut alio nomine tradi cõtingat. *Ib.*

93 Nullo modo vtatur deposito facto in Collegio, nisi ad facultatem præscriptam fiet. *Ibid.*

94 Visurus statis temporibus cum Discretis rationes Procuratoris, librum illius biduo ante tradat Vicario, vt recognoscat domesticos sumptus, & referat ad Præpositum, qui cum Discretis singillatim capita omnia inspiciat,& summam expensi, & accepti conficiant,eamque cum pecunia quæ in arca sit, conferat, & item summas libelli ministri ab expensis cum libro Procuratoris. *Ibidem*.

95 Ædificia magni momenti ne fiant,inconsulto Generali,quem consulet etiam in grauioribus.*Ibid.*

96 In fine officij ne grauatum ære alieno Collegium relinquat, caueatque à sumptibus non necessarijs. *Ibidem*.

97 Migranti ad aliud Collegiũ fratri ad iter necessaria benigne parari curet. Cæterum nihil non necessarium licet tempore decessus à pijs personis datum siue pecunia, siue aliud auferre quemquam patiatur. Concedat præter vestimenta ad vsum necessaria quæ liberaliter dantur ad formulam pręscriptã; scripta ad vsum, & functiones suas necessaria: libros vsitatos ad deuotionem, & doctrinam illius præcipuo adiumento: modica quædam pertinentia ad deuotionem, sed sine proprietatis periculo. Si quid præter hæc auferendum videatur consulatur Prępositi Superior.*Ibid.*

98 Eadem lege teneatur idem Præpositus, & eandem seruet eius successor, & illius locum tenens.

99 Prouideat, ne migraturus permutet, aut distrahat inter nostros, aut alienos quidquam sibi concessum. *Ibidem*.

100 Parcus sit in accipiendis hospitibus, quos plus triduo curet non habere, & si diutius, accedat Capituli consensus, vel saltem Discretorum; nisi forte ex alia causa, aut ob longius tempus consuli debeat Præp. Gen. seruet verò omnia quæ descripta sunt in hospitalitatis officio. *Ibid.*

101 Incolarum saluti vbi habitant nostri omni cura incumbat per fratres nostros, pro functionibus

bus nostris, nunquam tamen Episcopis, aut animarum curatori aduersetur: orationibus vero maximè instet vbi laborent aliqua calamitate. *Ib.*

102 Non potest concedere, vt extranei vinum, triticum, & alia ad victum siue ad alium vsum pertinentia in ædibus nostris deponant, sine consensu Discretorum. *Dec. Cap. Gen.* 1650.

103 In fine administrationis recognoscat Prepositus de more cum Discretis, rationes, & pecunias: idq; præsente successore, si fieri potest, quem expectare debet; aut Vicario, aliue, qui eius loco maneat; eiq; & Discretis clauem Arcæ tradat, & pecuniam consignet, feratq; illorum testimonium ad Cap. Gen. de facta consignatione. *Ibid. & Mon. Cap. Gen.* 1635.

104 Si procurator sit vnus ex discretis, vocet Præpositus Vicarium, seu alium prodiscretum, quãdo duo tantum sunt Discreti. *Mon. Cap. Gen.* 1626. 1638.

105 Præter hucusq; descripta, subiecta ante oculos habeat Præpositus localis præcipua quædam Const. capita, & aliquas corruptelas, quæ in illis esse possunt.

Sunt autem.

De inuestigatione, & diligenti præparatione circa recipiendos, & dandis super hac temere primis literis Generali Præp., deque reprimenda auiditate quorundam augendæ congregationis.

De periculis domi, forisq; arcendis pro seruanda castitate.

De cubiculorum suppellectili ad præscriptum regularum.

De auaritiæ aut alterius vitij suspicione, arcenda, & recipiendis diuinorum officiorum obligationibus.

De tuendo orationis vsu; conseruanda rei sacræ munditia: probanda disciplina mittendorum ad ordines sacros; vitanda nimia facilitate erga fratres errantes, & fugiendis nimis acribus obiurgationibus; æqualitate iuxta singulorum conditionem seruanda; adolescentibus in sua disciplina continendis; ablegando in procurandis officijs ambitione; modestia in Capitulo seruanda, in quo nemo quidquam proponat inconsulto Præposito; pœnitentijs ad Canonum præscriptum assignandis, deque humilibus exercitijs ab omnibus ex vsu Congregationis habendis. *Hæc in Reg. Præp. localis.*

106 Hec autem prescripta legat Præp. initio sui officij, & deinceps post sex menses. *Ibidem.*

PRÆPOSITVS Prouincialis.

1 Ad Prouincialium electionẽ in Cap. Gen. interueniant tantum, Præp. Gen. Assistentes, Visitatores, Proc. Generalis, & Cancellarius; & si quis ex eis absit; Capitulum alios substituat, eos .s. si fieri po-

ri poteſt, qui in tali officio quandoque fuerint; & ſcrutatores erunt Præpoſitus Gen. & Procurator Generalis, & Cancellarius, iurati. *C. l. 4. c. x.*

2 Prouinciæ plura Collegia cõtinentes; eæ ſingulæ Præpoſitis Prouincialibus regendæ tradantur. *C. l. 4. c. 16.*

3 Indicet quomodo, & quando faciendæ ſint Prouinciarum partitiones. *Ibid.*

4 Prouincialis, niſi ob neceſſitatem, ne ſit localis Præpoſitus, neque hic aliquam prærogatiuæ, aut poteſtatis imminutionem illi faciat in Collegio, vbi habitat. *Ibid.*

5 Attentos oculos habeat ad omnes Prouinciæ ſuæ partes, vt rectè omnia habeantur, & in omnibus ſuis Collegijs, diſciplinam regularem ſeruari, & vigere ſtudeat. *Ibidem. & Reg. Prou.*

6 Singulis menſibus doceat Generalem de ſtatu ſuæ Prou. & grauiora quæ incident, cum illo cõmunicet, nec ab illius adminiſtratione diſcrepet, nec ſibi vſuret quæ illius ſunt propria. *Ibid. & Reg. Prou.*

7 Viſitet ſemel in anno omnia Collegia ſuæ iuriſdictionis, & Conſtitutiones, Decreta Generalis, & Viſitationum ſeruari faciat: *Ibid.*

8 Habeat comitem in eo negocio à ſe eligendum, qui ſit vocalis vel ſibi datum conſiliarium & quãdocumq; rem vel aliud Coll. graui de cauſa viſitabit. *Ibidem. & Reg. Prou.*

9 Hic gerat vicem Cancellarij, & primo loco ſedeat poſt Prouincialem, ſed extra Viſitationẽ vterq; teneat locum profeſſionis. *Regul. Prou. Ibidem.*

10 Quid Prou. in viſitatione, vel extra ordinauerit, approbetur à Generali. *Ibidem.*

11 Excludat à quocumq; tractatu habendo in ſuis conſultationibus, dum res diſcutitur tantum, & non quoad ſuffragium ferendum, vbi agi contingat de cauſa alicuius conſanguinei, vel affinis; eos, qui ſunt hoc vinculo coniuncti vſq; ad quartũ gradum incluſiuè. *Dec. Cap. Gen. 1629. 1647.*

12 Prouideat vt in acta Collegiorum referantur ea quotannis, quæ accidunt notabiliora, & præterea alicui idoneo imponat, vt poſt mortem cuiuſq; in Prou. ſua colligat vndiq; inſigniora de defuncto, & deſcribat in peculiari libro ad id parato, qui penes Prouincialem ſeruetur; & Viſitatores in Viſitatione videant quæ fuerint deſcripta *Mon. Cap. Gen. 1620.*

13 Relinquat Præpoſito locali quæ ſunt huius munera, eo modo quo Gen. ſe gerit cum Præpoſito, vbi habitat. *Ibidem 1626.*

14 De iure poteſt intereſſe Capitulis localibus, tam in negotijs, quam in electionibus, & exquirere vota: ſed ius ſuffragij habere nequit, exceptis caſibus in Conſt. expreſſis, & excepta electione ſocij

 Capi-

Capitularis in proprio suæ residentiæ Collegio. *Dec. Cap. Gen.* 1617. 1623. 1638.

15 Potest, si Generalis cum consensu Assistentium concedat, approbare Procuratores locales cum suorum item consiliariorum consensu. *Dec. C.G.* 1620. & 1611.

16 Eius officium duret triennio. *Const. Ibidem*.

17 Habitet in loco quoad fieri potest omnibus Prouinciæ Collegijs commodo, ad arbitrium Generalis. Quod si fuerit, & Præpositus localis, habitatio illius eo loco erit. *Ibidem*.

18 Si moriatur, aut inhabilis reddatur, aut in crimen incidat; prouideat Generalis cum consensu Assistentium, Prouinciæ. *Ibid.*

19 Habeat Capitulum Prouinciale, vt supra *V. Capitulum Prouinciale*.

20 Duos vocales habeat consiliarios consensu Assistentium sibi à Generali assignandos, quorũ consilio vtatur ea ratione, ac Præpositus Gen. consilio Assistentium. *Reg. Prou.*

21 Quæcunq; scripto facienda sunt, fiant saltem de alterius consensu, adhibitis subscriptionibus. *Ib.*

22 Horum alter professione maior, monitoris officio fungatur. *Ibidem*.

23 Possit in grauioribus alios assumere, vel ex eodem Collegio, vel ex alio. *Ibidem*.

24 Habeat Cancellarium ex vocalibus fidelem, & idoneum, qui eius administrationis acta conscribat. *Ibidem*.

25 Item Archiuum, in quo scripta ad vsum sui officij pertinentia seruet. *Reg. Prou.*

26 Nouitios recipere possit de consensu Capituli localis, & suorum Consultorum: expedit tamen in grauioribus præsertim casibus consulere Generalem, & quando accidit aliqua dissensio inter Consultores: Generalis autem possit de consensu Assistentium limitare numerum recipiendorum, quem nullo modo excedat Prouincialis. *Dec. Cap. Gen.* 1632.

27 Exceptos nouitios poterit cum consensu Capituli vbi habitat, & suorum consultorum, ad habitum, & Professionem admittere; eosdem dimittere, vel ex causa professionem differre ad præscriptum Const. *Ibidem*.

28 De admissis ad habitum admoneat Generalem intra sex menses. *Dec. Cap. Gen.* 1631.

29 In quatuor anni temporibus inuestiget cum suis consultoribus in quibus plurimum peccatur in tota Prouincia, agatq; de remedijs. *Ibidem*.

30 Possit per suam Prouinciam ad tempus mittere, collegijs sibi subditis assignare, & commutare datis tamen in omnibus, patentibus litteris, & doceat vbi opus sit,

supe-

superiores ad quos alij migrant, quomodo qui mittuntur regi debeant. *Ibidem*.

31 Præpositi vnius Prouinciæ, dum ad aliam transeunt negotiorum causa non sunt subiecti Prouinciali eiusdem Prouinciæ. *Decr. Cap. Gen.* 1635.

32 Prouinciæ suæ fines ne egrediatur nisi aliter facultatem habeat à Generali. *Ibidem*.

33 Vicarios suæ prouinciæ approbet; non ipse tamen suum, si fuerit Præpositus, sed nominationem pro approbatione mittat de more ad Gener. *Ibidem*.

34 Pro construendis vel diruendis ædificijs consulat peritos, & suos consultores, neq; quidquam fieri patiatur contra mentem Præp. Gener. *Ibidem*.

35 Generalis decreta quę acceperit, per totam Prouinciam promulget, & obseruari curet. *Ibid.*

36 Concionatoribus in quadragesima, Aduentu, & infra annum dari locum procuret, & tempestiue admoneat vt se præparent, sed quadragesimalem distributionem quoad fieri potest Generali relinquat. *Ibid.*

33 A præscripta nostra concionandi ratione discedentes, etiam interdicta ad tempus concione compescat. *Ibid.*

38 Semel saltem in anno ad præscriptam Visitatorum formulam prius lectam, visitet totã Prouinciam, quod omittet consulto Generali, si iste, vel Visitatores id munus eo anno obierint in eadem prouincia. In sua porro visitatione seruet præscripta ad regularem disciplinam, & ordinata à Generali, & Visitatoribus. *Ibid.*

39 Superiorum auctoritatem tueatur, nec facile credat ijs quæ contra eos feruntur, nec inuestigare omnia pro veritate negligat. *Ib.*

40 De consiliariorum consensu statuat de applicandis ad studia, & ab ijsdem remouendis, videatque quos & ad quid ex genio singulorum applicare debeat. *Ibid.*

41 De constituendis vel mutandis magistris consulat.

Præp. Generalem, & constitutos præmature moneat, vt præparentur. *Ibid.*

Inconsulto Generali, ne literarum studia vbi non sunt, aut nouas lectiones, vel nouam docendi formam introducat. *Ibid.*

Recognitis studijs doceat Generalem de spe singulorum tũ magistrorum tum Discipulorum, vt consulto de ijs decernatur, & de singulorũ aptitudine semel in anno admoneat Generalem. *Ibid.*

Quos iudicarit ad Concionem aptos exerceat prius in vicis, & castellis, instruatq; per viros in eo genere idoneos. *Ibid.*

Incognita ab ipso causa, ne litem institui patiatur sed iuxta Const. decreta terminari curet. *Ib.*

Nouem-

Nouembri mense Capitulũ Gen. antecedente habeat conuentũ suæ Prou. in quo agatur de ijs quæ ad vtilitatem totius Cong. deferenda sunt à Cap. Gen., & eligantur socij ad idem Cap. profecturi. *Ib.*

In tractandis, & constituendis quæ tractanda, & constituenda in eo sunt, seruentur præscripta Const. *Ibidem*.

42 Malitiose comprehensos accusationem in Superiores intulisse, ex Const. præscripto corrigat, & si de pœna perpetua agatur ijs infligenda, Gen. consulat. *Ibidem*.

43 Studia, & otia singulorum scrutetur, ignauiam, & superbiam à singulis arceat. *Ibidem*.

44 A Decretorum multitudine scriptis tradenda caueat, præsertim in leuioribus, sed voce, & priuato potius chirographo in his quæ ad aliquem singillatim pertinent, prouideat. *Ibidem*.

45 Quidquid in visitatione, vel extra statuerit, antequam promulgetur, à Generali approbetur. *Ibid.*

46 Sumptus visitationis faciant loca quæ visitauerit. *Ibidem*.

47 Initio studiorũ intersit ipse cum magistris, cum initio repetuntur, & quotannis easdem recognoscat, vel ipso impedito alium idoneum substituat, curetque regulas studiorum præscriptas seruari, & pietatem cum eruditione coniungi. *Ibidem*.

De literis dandis à suis consultoribus ad Generalem Vide *V. Literæ Consultorem*.

PRIVILEGIVM.

1 Conceditur à nostris ministrari Sacramenta Pœnitentiæ, & Eucharistiæ; at non Eucharistiæ in die resurrectionis Domini. *Paul. III.* 1535.

2 Infirmis, & circa infirmos occupatis; si tempus desit ad recitationem diuinorum officiorum, cõceditur certus numerus psalmorum à Superiore assignandus, non minus septem, aut sex cum diuisione, tum oratio Dominica, & salutatio Angelica semel, & symbolum Apostolorum bis. *Ibidem*.

3 Grauiter ægrotantibus satis est oratio Dominica semel, & salutatio Angelica septies in die. *Ibid.*

4 Præueniendi, vel differendi tempus in recitatione horarum, cõceditur dispensatio cum causa legitima. *Ibidem*.

5 Ieiunij quoq; tempore, etiam quadragesimæ, vesperi ientaculum cum pane conceditur. *Ibidem*.

6 Professi prohibentur transire ad aliam religionem absq; expressa Præp. Gen. facultate, excepta Carthusiensi. *Greg. XIII.* 1577.

7 Extra Congregationem nullus alicui, sed nostris tantum confiteri potest, etiam tempore Iubilei, quo casu potest tantum sibi eligere confessarium in nostris quem maluerit, approbatum tamen, & admissum à Præp. Gen. ad confessiones

nes audiendas. *Sixtus V*. 1586.

Hæc decerpſimus ex volumine noſtrorum priuilegiorum.

PROCVRATOR GENERALIS.

1 Religione, prudentia, fide, rerum vſu, & earum maxime, quæ ad Cong. pertinent, ſit ornatus. *C. l.* 1. *c.* 15.

2 Eligatur in Cap. Gen. lecto prius Conſt. *l.* 4. *c.* 15. à Cancellario, vt de Viſitatoribus *Carem. l.* 3. *c.* 1. de Aſſiſtentibus. *Conſt. l.* 4. *c.* 9.

3 Interſit in Cap. Gen., & electionibus Præpoſitorum cum alijs octo, & erit vnus ex ſcrutatoribus electione officialium.

4 Si contingat eligendum eſſe extra actum Cap. Gen. ſeruentur quæ dicta ſunt ſup. *V. Aſſiſt. electio extra Cap. Gen.*, vt ex formul. *p.* 44.

5 Romæ ſemper habitet, & poſſit aſſumi in vnum ex diſcretis Collegij ſui; non tamen ſit in Collegio Romano Præpoſitus *C. l.* 4. *c.* 15.

6 Non tenetur accuſare ſe in Cap. culparum, neq; petere benedictionem à ſuo Præp. niſi ſemel, mane. *Decr. Cap. Gen.* 1626.

7 Congregationis ſtatum, conſtitutiones, decreta Cap. Gen., declarationes, regulas, priuilegia, cõmunicationes priuilegiorum, plene cognoſcat, & penes ſe habeat, nec aliquid contra impetrari permittat, ſitq; attentus ad omnia, quæ ad vtilitatem Cong. ſpectant, & crebro ad Generalem de toto rerum ſtatu ſcribat. *C. l.* 4. *c.* 15. *& Reg. Proc. Gen.*

8 Habeat Pontificiarum conſtitutionum, & Romanarum conſuetudinum cognitionem quantum Collegijs noſtris vſui eſſe poſſunt, & ad munus ſuum exequendum; vt quid actũ, quid editum ex illis fuerit id protinus mittat ad Collegia eorundem pecunijs, quas notet quã primum exigendas, & ad Gen. mittat quæ illius gubernationi deſeruire poſſunt. *Ibid. & Reg. Proc. Gen.*

9 Quæcumq; literæ vel conceſſiones pro Cong. vel collegio, vel perſona aliqua à Pontifice impetrandæ ſunt, & quidquid cum Protectore ſit agendum, ille, & non alius procuret, idq; accedente ſaltem in vniuerſum, voluntate Præp. Gen. & Aſſiſtentium item; immo Cap. Gen. ſi opus ſit, ex Conſt. preſcripto. *C. l.* 4. *c.* 15. *& Reg. Proc. Gen.*

10 In ijs, quæ ad vniuerſam Cõgregationem, & Conſtitutiones ſpectant, habeat facultatem à Cap. Gen. & ſi res differri ad illud non poſſit, accedat cõſenſus Præp. Gen. Aſſiſtentium, & Procuratoris Generalis. *Ibidem*.

11 In alijs, ſatis ſit Aſſiſtentium conſenſus, qui contra hæc fecerit grauiter puniatur. *Ibidem*.

12 Frequenter ſcribat Prepoſ. Gen. de negotijs, eaq; ſecreta habeat niſi aliter neceſſitas conſulendi Prep. Gen. velit. *Ibidem*.

13 Literas tamen de negotijs ſcribens, ne alia miſceat, & cum dat, vel

vel accipit literas eiusmodi tanquā Procurator Gen., ne Præposito suo ostendat nisi causa negotij communicandi, si opus sit. *Ib.*

14 Easdem seruet in Armario cum alijs scriptis, solas, & clausas, quas solum Generalis, & Visitatores scrutari possint, idq; Visitatores illo præsente præstabunt, sed literas ipsas, & scripta non inspicient. *Ibid.*

15 Attentus sit ad omnia, quæ Cong. vel Collegijs interesse possint, & prout opus fuerit, moneat Præp. Generalem. *Ibidem*.

16 Notulam habeat in qua singillatim negotia sibi commissa notet memoriæ causa. *Ibidem*.

17 Exterorum negotijs procurandis ne occupetur, & vbi non rogetur, consulat sicut cæteri suum Præpositum; quod si de re graui, & diuturna agatur, etiam Præpositum Generalem. *Ibid.*

18 Sit sub Romani Collegij Preposito, sed extra Collegium occupet primum locum ante Præpositum, istoq; absente se se eodem modo cum Vicario Collegij gerat. *Ib.*

19 Ne impediatur comitis habendi difficultate, neq; alia ratione, quin plene suum munus exequi non possit. *Ib.* De illius Præcedentia vide *V. Præcedentia*.

Detur item illi Romæ Coadiutor in negotijs agendis, qui satis instructus, si casus accidat, supplere eiusdem vices possit. *Mon. Cap. Gen.* 1623.

20 Curet communem domus disciplinam nulla re deserere, aut turbare, quantum fieri possit. *Ib.* officijs, & salutationibus seculari more ne inseruiat. *Ibidem*.

21 A Collegio nisi ex necessitate ne absit: in publicis locis, & ędibus Antistitum, consulat modestiæ, & humilitati, neq; intersit otiosorum collocutionibus. *Ibidem*.

22 Tanquam vno ex alijs, nihil sibi liceat apud se retinere, neq; in proprios vsus impendere ex ijs, quæ vel ab alijs Collegijs, vel aliunde mittuntur ad res expediendas. *Ib.*

23 De consensu Præp. Gen. liceat sibi, vti iumento (sine stragulo, tamen nisi quatenus ex corio aliquid pendeat vsq; ad pedes) dum negotiorum causa per vrbem laboriosius eundem est. *Ib.*

1 De electione Procuratoris Generalis extra Cap. Generale, Vide V. *Assist. electio extra Cap. Gen.*

PROCVRATOR LOCALIS.

1 Constituatur Procurator in vnoquoq; Collegio, à Capitulo locali eligendus, qui foris temporalia omnia procuret, & cui sit cura prędiorum, redituum, creditorum, debitorū: ad eundē spectet temere, vel quouis modo parare, & importanda, cendendaq; curare, quæ domui necessaria fuerint, prout Vicarius ei præscripserit, quiq; rationes reddat Præp. Discretis interuenientibus; & præterea quoq; in fine cuiusque anni, & item Generali, aut Visita-

sitatoribus, in Visitatione poscentibus. *C. l. 4. c. 17. & Reg. Proc. Loc.*

2 Non eius sunt, quæ intra Collegij parietes continentur. *Reg. Proc. Local.*

3 Alicuius Clerici, vel Conuersi opera, si indigeat, iuuandus erit. *Ibidem.*

4 Antequam fiat in Capitulo locali eius nominatio, Vicarij electio debet esse omnibus Capitularibus nota, ne & ipse nominetur. *Formul. pag. 43.*

5 Scribendi sunt omnes in litteris Capitularibus dandis ad Præp. Gen. vel Prou. vt in formula *pag. 43.* qui interfuerunt, & item omnes, qui fuerunt nominati; tacitis tamen quot nominationibus quisq; sit nominatus. *Ibidem.*

Formulam litterarum ad Præp. Gen. à Cap. dandarum vide *Ibid. pag. 43.*

6 Potest Procuratores locales approbare Prouincialis, de suorum Consultorum cōsensu, & huic hanc facultatem dare Generalis de consensu Assistentium. *Decr. Cap. Gen. 1620. 1611.*

7 Bonorum stabilium venditiones, emptiones, permutationes, emphyteuticæ locationes, & conductiones; & omnes omnino alienationes, vel locationes, acquisitiones, deferantur ad Gen. vel Prou. si talem habuerit facultatem à Generali, pro facultate talium contractuum iniendorum. *Consil. Ibid.*

8 Caute procedant Capitula localia in concedendis facultatibus in mandato Procuræ locali Procuratori, quæ ex Constitutionibus ipsorum Capitulorum sunt propriæ. *Mon. Cap. Gen. 1647.*

9 Quæ pertinent ad victum, vestitum, ædificationem, & quidquid ad vsum diuturnum spectat; comparanda, & importanda curabit Procurator ad Vicarij præscriptū, cui quasi adiutor datus est; nisi quid ex his ipse Vicarius exequi, aut aliter mandare Preposito consulto, velit. *Reg. Proc. Local.*

10 Contra Præpositi tamen sententiam ne quid Procurator exequatur. *Ibidem.*

11 Maturè omnia procuret; si opus est, in Vicarij memoriam redigat ne temere pecuniam effundat, nec huic parcat cum valetudinis fratrum detrimento. *Ibid.*

12 Præsenti pecunia emat; si non potest, ante conueniat de prætio, quam accipiat, & in libro distincte notet. *Ibidem.*

13 Bono exemplo omnibus esse studeat; disciplinam nostram quoad fieri potest, & beneuolos omnes, maxime qui negotijs nostris prodesse possunt, opera, & gratia, conseruet. *Ibidem.*

14 Ordinarie communicet cum Præp. suas actiones, & illi obediat, & si qua in re discrepet, modeste rationes suas suggerat. *Ibid.*

15 Pecuniam cuiuscumq; generis

ris in Collegium importatam, quocumq; titulo; seruet in capsa claudẽda duabus clauibus diuerso opere fabrefactis. Quæ Collegij non est aut certis vsibus destinata, ne distrahatur; sed separatim seruetur in ipsa arca, oppositis schedulis, quibus summa, caussa, dies acceptæ pecuniæ breuiter notetur. *Ibid.*

16 Publicas, aut priuatas tabulas de accepta, aut debita pecunia habeat, & in hanc rem mandatum opportunum à Capitulo accipiat. *Ibidem*.

17 Quamprimum certiorem faciat Præpositum de summis pecuniarum quas accipere quoquomodo contingat, & reponi in arca non opporteat, vt qui alteram clauem habet, aut ipse Præp. illam notet. *Ibidem*.

18 Mittat singulis annis rationum summam, quam fecerit in magistro libro ad regulæ præscriptum, ad Præp. Gen. mense Aprilis, vel maij, tam primo quam secundo anno post Cap. Gen. ad quod referat pro tertio; illud autem asseruari curet Generalis, recognosci, & moneri de erroribus si qui irrepserint, delegatum mittens contra renitentes eorum expensis, qui etiam sacrificium offeret pro Collegio, a quo discesserit. *Mon. Cap. Gen.* 1637.

19 Præpositum item consulat, & Cancellarium moneat, si quæ lis instituenda est, & si ipse Cancellarius est, seruet regulam in eo genere præscriptam. *Reg. Proc. local.*

20 Habeat Diurnum librum, in quo omnia promiscue notet, tum data, cum accepta, expressa caussa & notula chirographi, vel instrumenti si quod fuerit, & in hoc etiã notet summas, quas ex libello ministri in fine cuiusq; mensis subduxerit. *Ibidem*.

21 Item libellum diuersum à libello ministri, in quo notetur pecunia ministro danda ad expendendum. *Ibidem*.

22 Item Magistrum librum, in quo ordine, & distincte referantur rationes dati, & expensi; ordinarij Collegij redditus, nomina, & cognomina debitorum adiecto tempore, caussa, & titulo; eleemosynæ item, & extraordinaria omnia; creditores eadem ratione; expensæ pecuniæ, & ita, vt respondeant capitibus dati, & accepti, opposita capita: item nummariæ arcę propria ratio, & si ipse nesciat, curet hunc librum per alium confici. *Ib.*

23 Vbi habentur eiusmodi prouentus, specialem, & distinctam eorum rationem in proprio libello conficiet incipiens à tempore collectarum vsq; ad finem anni, vt clare cognosci possit à Visitatoribus. *Ibidem*.

24 Libellum ministri expensarum ne prius subscribat, quam fuerit à Vicario approbatus. *Ibid.*

25 Mutuum ne accipiat, detur,

aut æs alienum contrahat inconsulto Preposito, neq; fructuum, frugumue quantitatem vendat; & in grauioribus, communicet cum Vicarijs, & Discretis; neq; in rebus emendis temere se gerat, aut sibi nimium fidat. *Ibid.*

26 Pistori ne ordinariè amplius det quam ad sex menses ad summū, si omnino tuto id fieri posse videatur. *Ibid.*

27 Collegij prædia instauranda; ædes ędificandas; plantandas arbores; aquæductus purgandos, aut restituendos, si opus eris curet; re, cum Præp. vel etiam Capitulo, aut illo maioribus, si res grauis sit, communicata. *Ibid.*

28 Nomina coherentiarum, in descriptione mensuræ agrorum, tū in alijs scriptis, vel Instrumentis publicis quæ fieri continget, notari; inuentarium bonorum confici ad rationem Cancellario præscriptā, & mutationes nominum fieri, curet. *Ibid.*

29 Instrumentorum, quæ faciet ipse, notulam plenam in re præsenti conficiat, & Cancellario tradat in librum referendam. *Ibidem.*

30 Caueat ne quid in contractibus cum laicis contra immunitatē Ecclesiasticam agat, & in dubijs consulat Prouincialem, maxime si agatur de danda fideiussione pro oneribus ordinarijs, vel extraordinarijs. *Mon. Cap. Gen.* 1623.

31 Discedendi à Collegio occasionem, ne quærat; & festis diebus abstineat quantum fieri potest, & vbi discedat, seruet Collegij disciplinam in victu, & alijs, maxime ad diuinum cultum spectantibus. *Reg. Proc.*

32 Cum discedit à Collegio tradat clauem arcæ communis alteri ex Discretis, & in eadem arca seruetur clauis eleemosynarum pro missis; omninò autem habeat arca duas claues, quarum altera penes Præp. sit. *Mon. Cap. Gen.* 1623.

Legat officij sui Regulas initio suscepti officij, & saltem post sex menses. *Reg. Proc.*

V. *Cancellarius.*

PROVINCIÆ.

1 Quando, & quomodo sint constituendæ, judicet Capitulum Generale. *C. l. 4. c. 16.*

2 In exarandis actis Capitulorum, & rationum; ordinationibus Visitatorum, & si quæ sunt regulæ italica lingua descriptæ; in literis item ad nostros scribendis (quantum fieri potest,) vtantur nostri lingua latina in locis extra Italiam. *Mon Cap. Gen.* 1632.

3 Si moriatur Prouincialis, inhabilis reddatur, vel in crimen incidat, consulat Prouinciæ Præp. Gen. cum consensu Assistentiū. *Const. Ib.*

4 Diuisa Congregatione in Prouincias, si quis ex nostris moritur de ea tantum Prouincia intelligitur in qua est Collegium Defuncti. *C. l. 2. c. 5.*

5 Præpositi vnius Prouinciæ transeuntes ad aliam Prouinciam negotiorum causa, non sunt subiecti Prouinciali eiusdem Prouinciæ. *Decr. Cap. Gen.* 1635.

V. V. *Prouincialis.*

RECREATIO.

1 Nunquã omittatur à nostris, lectio spiritualis, & oratio mentalis, sed singulis diebus saltem in parte habeatur etiamsi sint apud seculares; in consuetis autem deambulationibus post Matutinum, fiat oratio saltem ad tertiam horæ partem in ipsa ambulatione. *Regul. Recreat.*

2 Quotidie Sacerdotes celebrent, non Sacerdotes sacro intersint, & communicent singulis festis de præcepto, & feria sexta: omnes autem, nostris confiteantur, & vbi non sint ex nostris, probioribus Sacerdotibus locorum in quibus sunt. *Ibidem.*

3 Intersint Doctrinæ Christianæ vbi hæc tradi contingat: Sacramentum verò pœnitentiæ ne administrent extra propriam Diœcesim, neq; facultatem eiusmodi procurent ab Episcopis inconsulto Præposito, modo non agatur de peculiari aliquo proprio pœnitente. *Ib.*

4 Simul recitent horas canonicas, & mentaliter orent saltem per tres horæ quadrantes singulis diebus. *Ibid.*

5 Transferant ieiunium sextę feriæ in eam diem perscrutati fuerint ieiunare consuescere apud quos degunt. *Ibid.*

6 In Collegijs nostris tempore diuinorum officiorum abstineant ab omni ludo, & dato primo signo id semper, & ab omnibus seruetur. *Ibid.*

7 A die 18. Kal. Septembris ad finem vacationum autumnalium habeatur collatio spiritualis, & Capitulum culparum decimoquinto quoque die. *Ibid.*

8 Extra id tempus ne ad plures dies recreationes cuiquam dentur (exceptis concionatoribus, qui per totam quadragesimam insudauerint) absq; Præp. & Prouincialis consensu. *Ibid.*

9 Quindecim, & non plures dies ad recreandum animum ne dentur sine Generalis concessu. *Ib.*

10 Intra quadriennium à Nouitiatu, nullus parentum domum mittatur recreationis ergo, & vbi casus contingat, vel alio mittantur adolescentes, adsit comes grauis Sacerdos. Porro nullus omnino permittatur sine socio cum secularibus permanere, sine concessu Prouincialis qui duntaxat facultatem faciet, cum de recuperanda alicuius salute ob grauem infirmitatem contractam, agatur. *Ib.*

11 Seuerè caueant constitutionem, *nequis manum alieno corpori &c.*

12 Abstineant ab incompositis motibus: vna sint omnes, & ad sũmum

mum tres simul, & non minus, versentur: extra vicinia nostra inuito directore ne abeant, neq; ad moniales sermonem habituri, neq; ad Collegia nostra, sine expressa facultate Præpositi. *Ib.*

13 Insuetos ludos ne introducant neque inusitata leuamenta: ab his, seculares excludant vbique locorum: sine longioris itineris necessitate currum ne adhibeant, & vbi opus sit, arceant seculares famulos a locis vbi recreatio habetur. *Ibidem.*

14 Nouitij dum extra mœnia ciuitatis prodeunt sint vna omnes, & abstineant quam fieri potest à vijs publicis frequentioribus, & silentio, dum transeunt, vtantur; vbiq; autem proximorum ædificationi consulant. *Ibidem.*

15 In singulas dumtaxat vices edendi fruges facultas detur, non cuiq; libera, & de re modica: qui contra hęc fecerit, primo admoneatur: secundo castigetur, tertiò certior fiat Præp. *Ibidem.*

16 Autumno, & æstate semel tantum in hebdomada detur cum facultate Prepositi, ientaculum: extra id tempus raro côcedatur, sintq; contenti modico tantum pane, & paucis frugibus, vnoq; cyatho vini, & non aliter, & de manu ministri totum sumatur. *Ibid.*

17 Sanius erit si ad publicam mensam apponatur quod extraordinarie superaddi continget, & quando non adsint aduenæ. *Ibidem.*

18 Ad autumnales recreationes non omnes distinctè mittantur, sed Prædicatores, Magistri, & Discipuli quiq; peculiariter in studijs insudauerint: detineantur vero discipuli secretis suffragijs Præp. & Discretorum, qui remisius se se in studio egerint; quique spiritualibus exercitationibus non vacauerint. *Ibidem.*

19 Diuertẽtes recreationis gratia apud seculares, ne plus permaneant quam hebdomada, ijsq; semper detur socius. *Ibid.*

20 Quantum fieri potest ne cubent eodem lecto, & qui minor est, tum benedictionem, tum loquendi licentiam petat à maiore. *Ibid.*

21 De spiritualibus, sine tędio tamen, coram secularibus loquantur: caueant ne de epulis, & id genus alijs sermonem misceant; abstineant à censura maxime Ecclesiasticorum: vrbane se in omnibus gerant, & ędificationi in omnibus consulant. *Ibidem.*

22 Spectandis secularibus ludis ne immorentur multoq; minus ludant ipsi, si à nostris, secularium ludi sint alieni. *Ibidem.*

23 Mensę benedicant de more, & gratias agant: ad bibendum ne inuitent, maxime verò mulieres: lacessiti adhoc à secularibus, vrbane respondeant; caueantq; ne cuiq; ma-

maxime mulieribus quidquam apponant: in reliquis vrbanitatis religiosæ regulas seruent. *Ibid.*

24 Longius quam ad tria milliaria inuitati, ire recusent; si duo tamen non longius parentes, aut amicos habeant à quibus inuitentur, ire possint vicissim aliquot dies alter ad alterius parentes, & amicos, quod si deuotionis ergo longius iter suspiciant, & ea sit distantia, vt eadem die redire ad pristinam domum non possint, facultatem habeant à Præposito. *Ibidem.*

25 Ad Collegia nostra nullus mittatur titulo recreationis. *Ibid.*

26 Qui in villis nostris recreantur, orent mentaliter per dimidiã horam manè; vespere ꝑ quadrantẽ, idq; iunctim omnes: sero examen conscientiæ faciant, recitentq; præces; aqua benedicta aspergantur, silentium seruent vsq; mane, facultatem loquendi petant, præstentq; alia vt in Collegijs: officium diuinum alternis choris recitent. *Ibidem.*

27 Lectio habeatur ad mensam spatio ad arbitrium Superioris: ad bibendum inuitamenta ne fiant: secludantur seculares ceremoniæ: alter alteri ne præsentet: sua cuiq; portio, licet frugum, separatim detur, conuenienti spatio mensæ assideant, & vna omnes assurgant. *Ib.*

28 Constitui possit qui recreationis negotiũ moderetur, fiantq; officiorum distributiones. *Ibid.*

29 Horæ spatio tardius mane surgant; qui vero adhuc tardius cũ cæteris non conueniet, causam referat superiori. *Ibidem.*

30 Munditiæ vbiq; studeant: in cellis imaginem ad pietatem, & aquam benedictam habeant, seruetúrq; ne quis in alienum cubiculum penetret. *Ibidem.*

31 Corporali exercitationi incumbant, otiumq; deuitent. *Ibid.*

32 Ab extraneis cibos aut vinum ne quis procuret absq; Superioris facultate, nec quisquam pretio quid comparet, præter dispensatorem. *Ibid.*

33 Hebdomada præcedenti Aduentum vacetur tota, vna die excepta, qua, etiam Theologicæ Magistri mane alter, alter vero vesperi lectionem habeant: præcedenti vero Quadragesimam nullo die excepto vacetur. *Ibidem.*

34 Bis in his hebdomadis quiescere matutino tempore possint: studentes vero, extra Collegium etiam bis recreari de more poterunt: post cœnam vero bis vel ter ad summum aliquid dari possit ad reficiendum corpus, quod stomachum non grauet. *Ibidem.*

35 Sexagesimam inter, & quinquagesimam pium & morale aliquid repræsentari possit de Superioris concessu, approbandum tamen ab aliquo ad id electo à Superiore, vt in omnibus modestiæ, paci, & moribus consulatur. *Ibid.*

36 In

RELIQVIÆ.

1 Earum adeptiones, & translationes referantur in librum Actorum cuiusq; Collegij. *Ex Formul. pag. 66.*

2 Præfectus ceremoniarum, superpelliceo seu Rocheto, tantum præcedentibus duobus Clericis eodem modo, & cereas accensos gestantibus, ad altare defert exponendas, prius quidē nobiliores, deinde alias, vel paulo ante Vesperas, vel summo mane pro ratione festi. *Cærem. l. 3. c. x.*

3 Antequam extrahat ab armario, genuflexus ante illas paululum oret, surgit, profunde inclinat caput, reuerenter nudis manibus singulas accipit, & recitando psalmū Miserere defert ad Altare. *Ibid.*

4 Ne altius collocentur Santiss. Sacramento. *Ibidem.*

5 Absoluta expositione, supra gradum medium altaris, dicat iunctis manibus (*Sancta Maria, & omnes Sancti*) vt in officio Primæ, clericis respondentibus, & cum ijs redit in Sacristiam. *Ibid.*

6 His postmodum ardeant semper duo cerei vsquequo recendatur, sed tempore diuinorum officiorum amoueantur, & sufficiant consueti. Cum autem recondendæ erunt, eadem præstet Præfectus ordine seruato, vt in expositione illarum. *Ibid.*

7 Eadem seruentur cum ostendendæ priuatim & cum aperitur armarium positum in altari. *Ibid.*

SACRISTA.

1 Sit eius officium Ecclesiam, secretarium, omnemq; supellectilem sacrorum causa paratam custodire, mundam seruare; apparationis, ornatusq; curam gerere ex præscripto cæremoniarum Præfecti. *Regul. Sacrist.*

2 Ingrediens officium, omnium ad suam curam spectantium descriptionem præsente Præposito vel ab eo electo conficiat, & recognoscat, idq; repetat sexto quoq; mense; libellum habeat in quo scribat quæ addi, minuiq; in dies contigerit. *Ibidem.*

3 Vesperi ad signum salutationis Angelicæ fores claudat & claues Præp. tradat; mane repetat, & in ortu solis aperiat. *Ibidem.*

4 Missis finitis claudat; ad primum signum vesperarum aperiat; sed toto die patere sinat à mense Nouembri ad Martium tantum, & vbi opus sit ob solemnitatem vel alium pium concursum. Vbi clathri ferrei sunt tuti ad ianuam, tota die patere possunt. *Ibidem.*

5 Silentio vtatur in Sacristia, & ad idem conetur alios, apposita grandioribus characteribus in loco conspicuo tabella inscripta. *Silentium. Ibidem.*

6 Efficiat ne ibi audiantur Confessiones nisi ob necessitatem. *Ib.*

7 Ad fenestellam ostij Sacristiæ satisfaciat petentibus, quæ tamen

ordinarie sit clausa, neq; laici in Sacristiam admittantur quantum fieri potest. *Ibidem*.

8 Deambulationes in Ecclesia prohibeat, & auertat omnia quæ indecentiam loci præseferunt. *Ib.*

9 Canes, flagello ad id in Sacristia parato expellat. *Ibidem*.

10 Inter sepimenta altarium maxime cum Missa celebratur, ne laicos admittat, aut confessionalibus abuti patiatur quæ ideo semper sint clausa. *Ibidem*.

11 Tempore diuinorum officiorum vtatur superpelliceo, neq; sine illo accedat ad Altare vbi Sacramentum apertum est neq; cum illo ad loca vilia & indigna tali indumento. *Ibidem*.

12 In sacris non constitutus sacra ne tangat, sed adhibeat consuetas chirothecas. Pissides licet vacuas defferat saltem Clericus, alioquin Sacrista pannis lineis de more inuolutas. *Ibidem*.

13 Per Ecclesiam in suo ministerio sit semper sine bireto: ante altare maius genuflectat; ante alia profunde se inclinet. *Ibidem*.

14 Extraneos inconsulto Præp. ne celebrare permittat: de indumentis vero eisdem assignandis cũ Præfecto cæremoniarum consulat. *Ibidem*.

15 De Prælatorum aduentu quã primum Præfectum ceremoniarum admoneat, & tam ad horum, quam ad extraneorum cæterorum vsum propria, & munda purificatoria separatim habeat. *Ibidem*.

16 Poscente extraneo non certam personam vt confiteatur, consulat superiorem si commode fieri potest, sed neq; certam personam nominatim petitam ad confessiones mulierum quas audire ille non consueuerit inconsulto superiore vocet. *Ibidem*.

17 Missarum, vel præcum suffragium aliquo petente, certiorem faciat Præpositum. *Ibidem*.

18 Libellum habeat, in quo distincte missarum obligationes quæ in dies accipiuntur, notet, & in eodem e regione, satisfactione, apposito die, & personæ pro qua accepta sit eleemosina, nomine. *Ibidem*.

19 Aditus ab Ecclesia ad Collegium claudatur extraneis. *Ibid.*

20 Qua patet ingressus in Ecclesiam, sacristiam, chorum, ne aqua benedicta desit in pilis. *Ibid.*

21 Ante Santiss. Sacramentum semper ardeat lumen etiam nocte. *Ibidem*.

22 Duas tabulas, pro Sacerdotibus altera, altera pro clericis habeat, affixis nominibus singulorum, orbiculis ligneis, vt de ijs qui celebrauerint vel inseruierint distincte cognoscat. *Ibidem*.

23 Vocans ad celebrandum Sacerdotes, det spatium congerens ad manus abluendas, & præparationem faciendam; & vocet singulos non ad fenestras, sed ad ostium;

quod

quod si quis alibi celebrare debeat, aut occupatione aliqua detinendus sit, Sacristam admoneat. Ibid.

24 Suspicans aliquem sine causa non celebrare, aut missam non audire, admoneat superiorem. Ib.

25 Missis disponendis consulatur commoditati populorum: regulariter tamen diebus ieiunij, absoluta nona, ne aliæ missæ supersint; alijs vero diebus, absoluta prima mensa. Ibidem.

26 Episcopo, Principe, & illis superioribus aduenientibus certior fiat Præfectus cæremoniarum, qui pro personæ qualitate ex ritu Ecclesiastico excipiat. Ibidem.

27 Summo mane ante primam missam res in Sacristia disponat ad regulæ præscriptum. Ibidem.

28 Quatuor digitorum mensura ne sint vnquam breuiores cerei qui ad missas apponuntur. Ibid.

29 Atramentum, cartam, & calamum habeat in promptu certo loco, si quid scribere opus sit. Ib.

30 Habeat, & rationale diuinorum officiorum, & alium librum religiosum, quo ipse, vel alij vti possint cum in Sacristia sit morandum. Ibidem.

31 Arculam item pro eleemosynis missarum per foramen immittendis, claue in arca pecuniæ communis seruata. Ibidem.

32 Ministret ipse post examen conscientiæ aquam benedictam, & aspersorium superiori benedicturo. Ibidem.

33 Quæ in vnoquoq; Collegio functiones particulares fiunt, per singulos menses disposita in indice, disponantur, vt eas cognoscat, & haberi ex ritu, & in tempore possint. Ibidem.

34 Legat regulas de munditia sacræ supellectilis, tum initio sui officij, tum alias attente. Ibidem.

V. Munditia. V. Altare. V. officia diuina. V. Cæremoniarum Præfectus.

SEPVLTVRA.

1 In Ecclesia nostra nemini concedatur sepultura sine concessu Præp. Gen. prout præscribitur supra V. officia diuina, pag. n.

2 Mortuo aliquo fratre ex nostris detur signum maiori campana, vt fit pro salutatione Angelica, & aliud immediate cum omnibus campanis. Cærem. l. 3. c. 9.

3 Si moriatur postquam nostri cubitum ierint, detur paulò ante signum Matutini eodem modo. Ib.

4 Manus, & facies, quin & totum mortui cadauer salua honestate lauatur, vestitur à ministris ægrotorum, vestitu, quo viuens vtebatur, dempta superiori veste, cuius loco, Sacerdos vestiatur habitu Sacerdotali coloris violacei: in sacris cõstituti, diaconali, vel subdiaconali; Clerici, superpelliceo, seu Rochetto; Conuersi mantello. Ibidem.

5 Ijdem ministri deferunt cadauer ad feretrũ panno nigro circum vestitum cum suo cussino eiusdem

Bb 2 colo-

coloris, non eleuatum à terra, in loco Capituli, seu alio commodiori, vbi duo cerei vel saltem vnus ex eis ardebunt, alter ad pedes, alter ad caput defuncti: certe ambo ardebunt clero veniente. *Ibidem*.

6 In manibus defuncti compositis in modum Crucis, & supra pectus eius erit parua Crux cum imagine crucifixi; nihil præterea aliud. *Ibidem*.

7 In Ecclesiæ medio paretur mensa non nimis alta, latior, quam feretrum, panno nigro vestita vsq; ad terram, in cuius quatuor angulis sint quatuor candelabra cũ quatuor intortitijs; sex si moritur Pręp. localis, vel illo maior; octo; si Pręp. Generalis, & cera sit communis, non alba. *Ibidem*.

8 Dato tertio signo cum omnibus campanis conuenit totus Clerus Rochetis indutus, in Sacristiam, hinc pręcedente Clerico cum Cruce, & Acolythis candelabra accensa ferentibus, & vltimo loco superior rocheto stola nigra, & pluuiali indutus, sistunt illi ad pedes defuncti, & Clerus diuisus in duas partes circa defunctum; superior vero propè caput defuncti, quem aspergit &c. vt ex ritu. *Ibidem*.

9 Dum effertur cadauer pulsantur campanæ vsquequo Clerus ad Ecclesiam deuenerit. *Ibidem*.

10 Illud efferunt, quatuor iuxta gradũ defuncti. *Ib.* Egreditur regulariter per portam maiorem Collegij, & ingreditur maiorem Ecclesiæ. *Ibid.*

11 Post Clerum solus Superior sequitur, & post hunc, cadauer. *Ib.*

12 Deponitur super mensam paratam facie versa ad populum si sit Sacerdos; secus si non. *Ibid.*

13 Missæ pro defuncto non dicuntur etiam illo insepulto, in festo duplici, neq; in Dominica. *Ibidem*.

14 Si ratione festi diei de præcepto fit officium sepulturæ post Vesperas; finito Completorio vestitur tantum altare maius colore nigro, & Missa cantatur prima die non impedita cum absolutione ad lecticam. *Ibid.*

15 In eo Collegio vbi frater defunctus est, dicuntur Missæ à nostris triduo, & amplius, si opus est, ad complendum numerum 30 Missarum; in alijs Collegijs vbi primo literas acceperint, singuli Sacerdotes semel celebrent, vt in die obitus, vel sacrificium offerent pro defuncto. *Ibid.*

V. V. *Officia diuina*.

STVDIA LITERARVM.

1 Esse possint Scholæ, Grammaticæ, Rhetoricæ, Logicæ, Philosophiæ, Theologię, Casuum conscientiæ, Grecæ, & Hebraicæ linguæ, & si quæ aliæ ad sacræ scripturæ intelligentiam iudicio Præp. G. *C. l. 3. c. 5.*

2 Vt delectum fuit Ticinum à Const. qui omnes confluerent studiorum causa; ita diuisa Congregatione in Prouincias, poterunt

etiam

etiam esse scholæ in vnaquaq; earum, loco apto, vt magis expedire iudicauerit Cap. Gener. *Ibidem*.

3 Instituantur si fieri potest in publicis gymnasijs; sed ad publicas scholas nostri tanquam ordinarij auditores non accedant, nisi forte Theologiæ causa ad sacram aliquã vniuersitatem, magistro apud nos desiderato. *Ibidem*.

4 Publice tamen interpretandi munere nullus ex nostris fungantur. *Ibid.*

5 Possint in alijs Collegijs literarum studio non destinatis esse scholæ Logica inferiores, qua in re Cap. Gen. vel Generalis cum Assistentium consensu statuat. *Ibid.*

6 In singulis Collegijs explicentur casus conscientiæ, vel saltẽ consueta illorum exercitatio habeatur vt sup. V. *Casus Consc. & V. Præf. Casuum Consc.*

7 Vbi sunt scholæ, idem sit Pręp. & Præfectus studiorum, & vbi sunt scholę Laicorum sit alius Præfectus diuersus à Præp. absq; tamen auctoritatis Præp. imminutione. *Ibid. & Dec. C. Gen.* 1623.

8 Intersit vero Præp. nostrorum disputationibus, repetitionibus, & adolescentum exercitationibus. *Const. Ibid.*

9 De applicando ad studia literarum, scribat Præp. ad Generalem quid cum suo Capitulo sentiat. *Ib.*

10 In applicandis vero spectentur cuiusq; progressus spiritualis, vires, ætas, ingenium. *Ibidem*.

11 Præp., Præfectus, & confessarius consulant, ne causa studiorum remittatur regularis disciplina, maxime à Nouitiatu recentibus, & eo magis si sint adolescentes, qui eadem, qua Nouitij disciplina, quantum fieri potest tractentur. *Ibidem*.

12 Ad Rhetoricam vel Logicam nõ nisi approbati iudicio Prępositi, Præfecti studiorum, Discretorum, cum consensu Prouincialis. *Reg. Stud.*

13 Detur à Cap. locali testimonium de vita, & moribus applicandorum ad Logicam, vel Philosophiam. *Const. & Reg. Stud.*

14 Confessarius illorũ, & Pręp. seuere animaduertant in eos, qui insolentes forte euaserint, & ea de re si opus est, Gener. vel Prou. certiorem faciant, vt castigẽt, & de remedio consulant. *Ibidem*.

15 Contra disseminantes falsa dogmata. V. V. *Castigatio*.

16 Stata die pro initio studiorum adsit Gen. vel Prou. aut alius ab eis electus. *Reg. Stud.*

17 Missam ijdem, & alij Collegij Sacerdotes, qui & biduo sequenti, facient de Spiritu Sancto. In choro triduo dicantur Litaniæ de more; ab omnibus vero eadem causa fundantur preces; idemq; alijs Collegijs mature Generalis mandabit. *Ibidem*.

18 Diebus Purificationis, Annuntiationis, Assumptionis, Natiuita-

uitatis,& Conceptionis B.V. ficut, & tempore Visitationis, singuli Sacerdotes missam faciant cum applicatione Sacrificij: Clerici, coronã; Conuersi quindecies orationẽ Dominicam cum salutatione Angelica pro felici studiorum progressu. *Dec. Cap. Gen. 1602. & 1620.*

19 Publice vel priuatim à nostris etiam vbi docent seculares, apud nos habeatur auspicalis oratio latina à Prefecto videnda prius, qui consulto mature Præp. Gen. idoneum pro illa moneat: legantur tum Const. de studijs literarum, tum hæ regulæ, fietq; adhortatio a patre ad pietatem cum studijs coniungendam. *Reg. Stud.*

20 Si seculares quid recitare velint, præstent intra suas scholas. *Ib.*

21 Sequenti die, præuia præfatione non oratoria, sua magistri lectiones inchoabunt. *Ibid.*

22 Ne in spirituali progressu studio applicati tepescant occasione literarum. Recitent ad præscriptũ tabellæ statas præces ad B.V.S. Paulum, & S.Thomam decretis diebus, cum datur signum recessus, 2. 4. feria, & Sabbato, & huius operæ cura certæ personæ mandetur. *Ibid.*

23 Magistri, quibus constituendis, eruditionis, & disciplinæ ratio habeatur, sint exemplo discipulis, hosq; studeant in cultu regularum continere, & efficiant, ne illorum culpa minus idonei ad sacra munera reddantur: singulorum progressus, & intelligentiam adiuuent: audaces reprimant, & si qua emendatione opus fuerit, agant cum eorũ confessario. *Ibid. & Const. l. 3. c. 5.*

24 Ne quis ad philosophiã prælegendã ante Theologiæ cursũ confectũ admittatur, & si fieri potest, nisi saltẽ per annũ preparetur. *Reg. Stud.*

25 Sit discipulis tempus consulendi magistros statim post repetitionẽ; preterea ne illos conueniant sine Prepositi consensu. *Ibid.*

26 Detur annus Logicę; tres Philosophiæ, quatuor Theologiæ; reliquis studijs, quantũ Prep. cũ cõsensu Discretorum indicauerit. *C. l. 3. c. 5.*

Vnus saltem ex Magistris Theologiæ, ad studia quæ spectant ad cõtrouersias, incũbat. *Mon. C. G. 1623.*

27 Possint hæc tempora cõtrahere qui scholas recognoscent. *Ib.*

28 Admissi, citius quam fieri possit studia absoluant, & Magistri ne illos leuibus quæstionibus detineant, sed in rebus fusius, vel pressius tractandis commodo discipulorum consulant. *Ib. & Reg. Stud.*

29 Auctoris quem sequuntur textum probe teneant, cognitumq; discipulis faciant. *Ibid.*

30 Fontes scientiarum, non riuuli hauriantur. *C. Ibid.*

Curet Præp. maxime in studio humanitatis arceri libros quibus periculum moribus imminere potest. *Const. Ib. & Reg. Stud.*

31 Theologis sufficiat S.T. cum vno interprete: Philosophis, Arist.

cum

cum alio. *Ibidem*.

32 Si prohibiti à nostris regulis sint ex causa legendi, consulatur Præp. Gen. *Reg. Stud.*

33 Peculiari auctori ne quis pertinaciter inhæreat immoderata quadam affectione. *Const. Ib.*

34 Philosophia ita tractetur, vt seruiat Theologiæ.

35 Materias ita distribuant Magistri vt infra, ita ut ab hac distributione sine Præp. licentia non liceat recedere.

36 In Rhetorica exerceantur nostri saltem per annum: adijciatur & secundus ijs qui spem progressus in eo studio dederint iudicio Prouinc. & quandoq; etiam Generalis.

37 Logicæ introductioni detur mensis pro terminorum, formæ argumentandi, & rudi totius facultatis cognitione. Proemialibus quæstionibus trimestre. Vniuersalia tractentur accomodate ad captum tyranum, reiectis ad metaphysicam difficilioribus.

38 Prædicamenta, sub finem Martij: tractatio de syllogismo, Aprili terminetur; quod anni reliquum est, impendatur diligentius explicandis libris Posteriorum.

39 In Physicis expediantur in fine Februarij libri de causis: opiniones antiquorum, breuiter; materia, natura, & causæ, acuratius explicentur; cumq; de natura agitur superfluum est disputare in quibusnam corporibus motus sit naturalis. De passionibus, quantitate loco, tempore, ad finem Aprilis: ommissa discreta quantitate, sufficiat explicasse continuam: De ęternitate, æuo, tempore directo, breuiter agatur. Ad tractatum de elementis reijciatur motus grauiũ, leuium, & proiectorum.

40 Ob temporis angustias remittet ad sua, vel aliorum scripta quæ de cælo, & mundo: omnino verò ne intactam materiam omittat. Ad finem resq; anni de generat, & corrup. intensione, remissione formarum, actione, elementis, & eorum mixtione quæstiones habeat, reliquis, in libris de anima reseruatis, His compleat primum annum.

41 Sequenti verò differat de Anima vegetatiua vsq; ad initium Iunij, & tota hæc tractatio sit diligẽs, reliquum anni Metaphysices tribuatur, traductis ad Theologiam, quæ de Deo. Plene tractent quæ ad existentiam, subsistentiam, principium, indiuiduationem, analogiam entis spectant.

42 Arist. textus, si potest, alternis diebus post ordinariam repetitionem per dimidiam horam in toto cursu explicetur, maxime 10. prima capita primi lib. Postor., extrema pars primi, 4. 8. phys., primi 13. textus lib. 1. 11. 3. de anima, adhibita paraphrasi, Fabri, S. Thomæ. & Toleti; satisq; sit vnum ex pluribus sensibus attulisse.

43 Reuerenter, si contingat in Philosophia, recedatur à S. T., & gentiles auctores sine laude efferantur si quid boni dixerint, neq; eorum sectæ adhærere se quisquam ostendat, sed & errores eorum acriter impugnet.

44 In Theologia sectentur S. T. pluribus in vnum articulis breuitatis ergo contractis, & singulo anno ab vno ex magistris tractatus moralis explicetur.

45 Primo anno alter eorum expediat ad finem Aprilis tractatus de Deo vno, & trino; quod reliquum est, de Trinitate: & omitti possunt quæst. 4. 5. 6. 16. 17. 18. 20. 26. Alter vero, de Actibus humanis, ommissis tractationibus de passionibus, & habitibus.

46 Secundo anno, alter prosequatur de Gratia ad dimidium Maij, & de legibus ad finem anni. Alter, de Iustitia, & iure.

47 Tertio anno, alter tradat de Incarnatione, & de B. V. ad mensem Maij, & de Angelis ad finem anni; Alter de Sacram. in communi ad initium Maij; de Eucharistia, Pœnitentia vsq; ad finem anni.

48 Quarto anno, alij studeant, vt Generalis præscripserit, controuersijs; alij publice theses defendent: & in singulis Collegijs sit qui controuersijs det operam, quotidianas habeat prelectiones, repetitiones tam hebdomadarias, quam menstruas disputationes, & in fine anni consuetas repetitiones generales.

49 Breuitati consulant; potius ad textum S. T. remittant.

50 In difficilioribus, enodetur titulus articuli si opus est, tum ponatur distinctio si qua est, ex cuius membris conclusiones ortum habent; mox conclusio primaria, & huic aliæ rationes adijciantur. Explicato articulo, instituatur quæstio, si res exigat, & vbi duplex opinio, habeatur ratio vtriusque, & in hoc habeatur ratio existimationis alterius Magistri. Sanius erit si conciliari opiniones possint.

51 Nouas quæstiones non idonei auctoris inconsulto Præfecto ne introducantur, & sequantur probatos in Ecclesiasticis Academijs auctores.

52 Non abhorreant à fontibus, sed discipulis bene cognitos reddant: absolutas & inutiles opiniones ne adducant, neq; ijsdem refellendis tempus insumant: ad alienas materias ne digrediantur, nec coaceruent omnia quæ obijci possunt, sed potiora seligant, vt confutent.

53 De Astrologia iudiciaria nihil omnino tractetur. Pondere, non numero argumentorum conclusiones probent, neq; sint nimij citandis auctoribus, & pauca eorũ verba referant, neque citent quem non viderint. *Hæc in Reg. Stud.*

54 Simul dictetur, & explicetur vicissim: quæ in auctoribus in

promptu

promptu habentur, exponant potius, quam tradant, & potius discipulos remittant ad auctoris qui copiose rem tractant.

55 Postridie cuiusque lectionis repetitio fiat de more per horæ spatium, & Magistri adsint singulis satisfacientes.

56 Octauo quoq;die saltem per horam cum dimidia habeantur disputationes vt moris est, expositis quatuor ante diebus publico loco thesibus; & vbi duo sunt eiusdem doctrinæ Magistri, alternis sabbatis intererunt. *Const. & Reg. stud.*

STVDIA LITTERARVM.

1 Singulis mensibus habeantur pleniores disputationes, quibus omnes Magistri, & discipuli intersint; & detur his spatium duarum horarum, & si duo fuerint magistri, habeantur eodem spatio bis in die. *Ibidem*.

2 Theses disputandas tradent Magistri, vel ab illis approbatus. *Ibidem*.

3 In disputationibus tyronum curent seruari sylogisticam argumentandi formam.

4 Plenioribus disputationibus intersit Præfectus, & quandoq; etiã alijs repetitionibus, vt rem litterariam plenius cognoscat. *Ibid.*

5 Lectionibus, quæ esse debent spatio vnius horæ, si adsit Præpositus, prius petent benedictionem Magistri. *Ibidem*.

6 Ante, & post illas dicantur à maiore Sacerdote præces consuetæ, ex tabella.

7 Absoluta lectione, si adsint extranei, & velint argumentari; magister maneat, & satisfaciat. Nouitij poterunt inter se scripta conferre, sed aptius erit, si aliò secedant. *Ibidem*.

8 Nulli permittantur alia scripta, quam quæ ab ore Magistri exceperint, nisi sint diuersæ materiæ ab ea, quę tunc in manibus est. *Ibid*.

9 Nouitij, ne prætextu studiorum inter alios versentur; sed in functionibus literarijs sedeant ab alijs seiuncti, qua in re, tum ipse Confessarius, tum Magistri curent regulas illorum seruari. Neq; Magistris ipsis preter necessitatem illis iuuandi, aliquid esse cum discipulis debet. *Ibid.*

10 Stata hora legendi, in qua constituenda, studiorum commoditas spectanda erit, dentur duo signa parua campana, & secundum sit breuius, & à primo distans octaua parte horæ; & lectione finita detur aliud signum, & ista Prouincia detur si fieri potest alicui studiorum occupationibus minime implicato. *Ibidem*.

11 Addicti studio abstineant quam fieri potest ab alijs occupationibus. *C. l. 3. c. 5.*

Duo quoq;ex discipulis, aut plures deligantur qui scholas verrant, & componant. *Ibid.*

12 In fine Logicæ, & sub finem

primi anni philosophiæ fiat examen singulorum loco generalis repetitionis ad decernendum an prosequi debeant philosophiam, ac Theologiam, an ad alia studia applicandi sint. *Reg. Stud.*

13 Examinatores sint Magistri, præsente Prou. & socio à se electo, & Studiorum Præfecto, qui functione absoluta, iurati ferant secreta suffragia de singulis, & vnusquisq; scribat quid sentiat ad Præp. Gen.; Prouincialis vero secretum omnibus indicat. *Ibid.*

14 In fine cuiusq; anni priuatim singuli scholastici defendant tractatus exceptos anno Superiore prout materias distribuerint Prefectus, & Magistri. *Reg. Stud.*

15 Cursu facto, publicè defendant, Præpositi arbitrio, sed præstantiores dumtaxat ad totam philosophiam, vel Theologiam defendendam admittantur, qui examinandi sunt, & per suffragia secreta approbandi à Præfecto, & duobus alijs à Prouinciali eligendis. *Const. lib. 3. c. 5. & Regul. Stud.*

16 Extraneorum theses nemo suscipiat impugnandas nisi qui electus fuerit à Præf. Studiorum de Magistrorum consilio. *Ibidem.*

17 Puplicè philosophiam defensuri id præstent antequam Theologiam aggrediantur.

18 Ante Studium Metaphysice publicam concertationem ne suscipiant. *Ibidem.*

19 Theologi anno quarto post festa paschalia theses defendant arbitrio præfecti, qui in tempore de Prouincialis consensu admoneat. *Ibidem.*

20 Theses imprimantur sine epistolà dedicatoria, aut alia dedicationis forma: in fronte sit tantum imago S. Pauli, deinde literæ D.O. M. in calce exprimantur tantũ nomen Ciuitatis, & Collegij in quo defenduntur, adiecto anno, die, hora. Habeantur breues præfationes, & gratiarum actiones, & cum publice habentur, sicut & alia, videantur prius à Præf. Stud. *Ibidem.*

21 Sine pelui, seu argenteo vase distribuantur theses hinc inde post habitam præfationem. *Ibidem.*

22 Statuat Præpositus cũ Prefecto, qui inuitent, & excipiant inuitatos, sed ipse Præpositus excipiat principes viros, & Præfectus presit toti actioni. Nostri vero eo casu vestes superiores induant vt sedeant in primis sedibus, & inuitatos cum decoro excipiant. *Ibid.*

23 Nec aliquis admittatur ad concionandum aut ad lecturam, neq; philosophi ad studium Theologiæ, nisi prius axiomata prælectarum, seu precipuarum materiarum saltem coram Magistris, & discipulis defenderint neque publice defendere quis permittatur; qui probe non caleat lingua latina ad sensus rectè explicandos. *Mon. C. G. 1612. 1644.*

Ad

Ad conciones tàm quadragesimales, quàm annuales quidem nullus imposterum admittatur, qui vel publice, cum laude Præfecti, & Magistrorum nostrorum non defenderit, aut examine præuio per delegatos à Generali approbatus non fuerit, & patentes eiusdem literas non habuerit. *Dec. Cap. Gen.* 1650. V. V. *Præpositus localis*.

24 In omnibus literarijs exercitationibus seruetur modestia: rixæ, contentiones, verba contumeliosa omnino vitentur. *Ibid.*

25. Vacetur quinta quaq; feria, nisi dies festus ex præcepto celebrandus incidat in ipsam hebdomadam, modo non in secundam feriam. Item à festo S. Thomæ ad Epiphaniam, a Dominica Palmarum ad 3 fer. Paschæ, & à Cal. Augusti ad Cal. Octob. Possit tamen Præp. ob immoderatos æstus aliquid remittere de consuetis laboribus. *Const. Ibid.* (quod intelligi non de scholis publicis in quibus seruentur regulæ propriæ.)

26 Magistri Theologiæ, ac Philosophiæ qui bis legunt exempti sint obligatione veniendi in Chorum, & etiam si semel tantum, si Præp. ex causa videatur. *Ibidem*.

27 Hi & alij lectores in scholis nostris nõ tenentur legere ad mensam, & ijsdem superadditum det aliquid ad mensam, eo die, qua actu legunt *M. C. G.* 1635.

28 Hos tamen, & alios Lectores, & Concionatores, curet Præp. Gen. seruare Constitutiones circa diuina officia, & regularem obseruantiam; maxime vero curet eos interesse cum cæteris in Choro, nocturno Defunctorum officio. *Mon. Cap. Gen.* 1612.

29 Quotannis Augusto mense, scholę, & singulorũ progressus recognoscantur cum Pręp. & Magistro, à Gen. vel Prou. aut ab his electo, & cum ijsdem Superioribus communicent quę prouidenda erunt, tam circa Magistros, quam discipulos. Const. *Ibidem*.

30 Qui humanioribus literis incumbunt exerceantur orationibus in cænaculo habendis. Si adfuturus sit Generalis, vel Prouinc. prius separatim recitari iubeat Pręfectus, & ab assentationibus abstinere. Sed & ad alia studia translati ne hanc omnino exercitationẽ pręte rmittant, neq; tempore vacationis, sed aliquando expendant pijs epistolis, vel id genus alijs conscr bendis, quod curare debent Præpositi vt executioni mandetur. *Reg. Stud.*

31 Latino sermone vtantur studijs addicti etiã festis diebus, præter id tempus, quod animo recreando datur, aut pijs collocutionibus habendis, & cum vulgari vtuntur, sit emendata, non affectata. *Reg. Stud.*

32 In Collegijs Nouitiatus, & Scholarum, curet Gen. Præp. edoceri

ceri aliquos raciocinia, computa, & rationes dati, & accepti in proprijs libris describendi.

33 Manuscripta, quæ vsui publico esse possunt, arbitrio localis Præp. seligantur, & tuto loco custodiantur. *Mon. Cap. Gen.* 1611.

34 Orationes, poemata, carmina, apparatus repræsentationes, & id genus alia: præfationes item insigniores, præfecti arbitrio colligendæ, in libro ad id parato rescribantur, qui liber quotannis recognoscatur à Prouinciali in generali studiorum recognitione *Reg. Stud.*

35 Libri vnici non auferantur à Bibliothecis nostris, nisi de licentia Præpositi, & in paruo numero, tuncq; non nisi notula relicta in loco patenti in Bibliotheca. Secus faciens, pro modo culpę grauiter puniatur. *Ib.* 1647.

36 Extra Collegium item libri ne concedantur nisi de licentia Superioris notula relicta vt supra, & secus faciens puniatur pęna tertij ordinis. *Ibid.*

37 Linguam Græcam, Rhetorici; Hebræam, Theologi, Arabicam, & Illyricam qui capaciores ad has destinabuntur à Prouinciali, & de consilio Magistrorum seligendi, & Præpositi sint huic prouinciæ præfecti & decernant dies in singulis hebdomadis, in quibus exercitationes eorum habeantur, itaut alijs scientijs impedimento non sint. Ter in hebdomada per horam, hyeme vesperi, æstate paulo ante Vesperas exerceantur, data videlicet dimidia hora repetitioni, reliqua prælectioni *Reg. stud.*

38 Amatoria continentes libros, gentilium erroribus inquinatos excludant Magistri: ex Horatio, solus de arte poetica liber; ex Virgilio purgatiores concedantur: quod si alicui hic prohibiti concedi posse videantur consulatur Præp. Gen. *Reg. stud.*

39 Videant magistri quibus operã dent discipuli, & curent pro singulorum implicatione exerceri. *Ibid.*

40 Ter, vel quater in anno tam de progressu, quam de regulari singulorum progressu certior fiat Generalis Præp. qui & præmia diligentibus, & pęnas negligentibus decernet. *Ibidem.*

41 Theologis sufficiat summa S. T. cum vno interprete, & secundo anno addi possit alter arbitrio Magistri. Post primos annos concedi possunt spinosiores ob acumen ingenij; sed nullum sibi tanquam Ducem sibi quisquam constituat. Philosophis sufficiant opera Arist. cum altero ex grauioribus expositoribus Magistri iudicio. *Ibid.*

42 Scripta eiusdem materiæ quæ traditur à magistris, nullus habere permittatur. *Ibidem.*

43 Repetitio Generalis in fine anni habeatur, & ab ijs, qui publice theses sunt difensuri. *Ibidem.*

44 Humanistæ tententur proposito

sito communiter themate, certa hora, & repentina propositi auctoris explicatione. Rhetorici interrogatione præceptorum artis, oratoris, historici, vel poetæ expositione, tum lectione propriæ scriptionis latinæ, vel Græcæ à Præfecto indictæ. *Ibidem*.

45 Ad hoc conueniant omnes cum Magistris coram Prouinc. & Præfecto bis in die, vtrimisq; horis mane, & vesperi. *Ibidem*.

46 Philosophi teneantur interrogationibus magistrorum, seruato rerum, & personarum ordine, quē Præfectus de ordine Generalis, vel Prou. qui ad futurus est, præscripserit, spatio duarum horarum mane, & pomeridiano tempore. Theologi eodem modo duobus diebus, vno videlicet pro singulis magistris interrogabuntur. *Ibidem*.

47 Generalis vel Prou. secum ducant virum peritum, qui tum de magistris, tum de discipulis iudiciū ferre possit; & discutiendo, rem melius explorare. *Ibidem*.

48 Vt se præparent discipuli indulgeatur illis aliquod de consuetis repetitionibus, non ante initium Iulij. *Ibidem*.

49 Deligantur duo discipuli, vel plures, qui scholas verrant, & ex omni parte recte omnia composita habeant. *Ibidem*.

50 Regulæ studiorum legantur in fine Autumni: post festa natalitia, & paschalia præsentibus magistris omnibus, & discipulis. *Ibid.*

SVFFRAGIA.

1 Quilibet ex nostris administrationis est particeps; hoc est, ius suffragij habet; seu, habet vocem actiuam, & passiuam: sed quadriennio post professionem: item, si sit Sacerdos; neq; ad id factus inhabilis: & in hoc decreto nequit dispensari: nisi forte euidens vtilitas Cōg. ad eiusmodi dispensationem, Cap. Gen. aliquando impellat. *C.l.4.c.1.*

2 Qui non compleuit quadriennium à professione, seu non attigerit annum trigesimum tēpore electionis socij faciendæ, licet completurus sit tempore ab iisdem Const. præfinito, non debet gaudere voce passiua. *Declar. Const. Ib. 1629.*

3 Prouincialis potest interesse Capitulis localibus, tàm in electionibus, quàm in negotijs, & exquirere vota; non tamen habere potest ius suffragij, exceptis casibus in Const. expressis, & in electione socij Capitularis in Capitulo suæ residentiæ. *Dec. Cap. Gen. 1632.*

4 Ius suffragij, quod habet, nemo alicui mandet, etiam legitimè impeditus. *C.l.4.c.4.*

5 Ad sententias, quæ in Capitulo dicuntur, stabiliendas, suffragia adhibeantur secreta, & cōsueta calculorum ratio, illudq; fit etiam in quolibet alio tractatu extra Capitulum Gen. nisi contra expressum sit, vt quod maior pars senserit, id statuatur; maior inquam, non compa-

paratione minorum partium : sed totius numeri. *C. l. 4. c. 6.*

6 Si contingat paria esse suffragia, iterum dentur, & si adhuc paria sint, dentur tertiò; & superior, vel maior Capituli, siue Congregationis duos calculos ponat. *Ibidem*.

7 Quando capitur de dando testimonio de vita, & moribus alicuius, & vota sunt paria, tunc superior ferre potest duplex suffragium. *Mon. Cap. Gen. 1623.*

8 In secundo scrutinio censentur exclusi qui nullum suffragium tulerunt in primo, in electionibus. *Ibidem*. 1647.

9 Licet à quocumq; tractatu in Capitulo locali, vbi agi contingat de causa alicuius consanguinei, vel affinis, excludendi sint ij, qui sunt hoc vinculo coniuncti; intelliguntur tamen exclusi tantum dum res discutitur, non vero à suffragio ferendo. *Dec. Cap. Gen. 1629.*

SVFFRAGIA Defunctorum.

V. V. *Missa*, V. *Officia diuina*.

TONSOR.

1 Coronam clericalem habita ordinis ratione octauo quoq; die singulis faciat ad formam præscriptam. *Reg. Tons.*

2 Barba vnius transuersi digiti, aut paulo plus mensuram à mento longitudine non excedat, nec sit in inferiori parte, acuta more laicorum: in maxillis vero sit tantum, quantum in mento: pili labri superioris maximè in lateribus ne emineant, neq; inferiorem labij partem occupent, & simplex ac religiosa modestia in omni parte seruetur. *Ibidem*.

3 Seruari curet silentium in tonstrina. *Ibidem*.

4 Ad pedes lauandos, aures purgandas, caput exsiccandum, mundandum, fricandum, necessaria habeat. *Ibidem*.

5 Prohibetur nouacula etiam ad barbam tondendam. *Mon. Cap. Gen. 1638.*

6 Habeat inuentarium rerum sui officij, & sexto quoq; mense illud conferat. Seruet officij sui regulas & legat tertio quoq; mense. *Regul. Ibidem*.

VESTIARIVS.

1 Curam gerat omnium, quæ induendi, præcingendi, amiciendi, insternendi, incubandiue causa in toto Collegio parata sunt, & alterius officio non assignata. *Regul. Vest.*

2 Habeat armaria in quibus distincte seruentur singulorum vestimenta, affixis schedulis cum nominibus etiam vestibus ipsis affixis ad internoscendum. *Ibidem*.

3 Iulio mense à pelliceis & laneis puluerem excutiat: æstate, sæpius soli, & aeri exponat: condiat herba medica, persiorum folijs, & c. vere, & autumno culcitras quoq; & cubilium stragula excutiat, cum sacris palearijs aeri exponat, & hac de re in tempore admoneat. *Ibid.*

4 Sub

4 Sub fine Iulij saccos singillatim inspiciat, & de palea prouidenda agat cum Vicario. *Ibidem*.

5 Cum quis æstiua vestimenta petit, exigat hyemalia; & vice versa: item trita, cum quis accepit noua. *Ibidem*.

6 Res suæ curæ commissas describat in libello, additis, & detractis rebus, quæ, vel de nouo fiunt, vel vsu consumantur, die, mense, anno adiecto. *Ibidem*.

7 De rebus vsui ineptis consulat Vicarium quid agendum. *Ibidem*.

8 Caueat quidquam facere contra regulas vestitus nostri, vel res nouas licet leues introducere. *Ib.*

9 Nihil ipse ad vsum alicuius assignet, multoq; minus alienet, inconsulto Vicario. *Ibidem*.

10 Assignata vni, neminem patiatur sibi sumere: non aliena loca peruestigare: non mutare. *Ibidem*.

11 Nihil reponi permittat in vestiario ad illud non pertinens: neminem ibi sine causa commorari, vel ingredi sine Vicarij licentia. *Ib.*

12 Quæ ad hyemem necessaria sunt, habeat parata medio Septembri: quæ estate, ad dimidiatum Aprilem. *Ibid.*

13 Munditiam in Vestiario omni ex parte adhibeat, & legat officij sui regulas tertio quoq; mense. *Ibid.*

V. Vestitus.

VESPERÆ SOLEMNES.

1 Omnino cantentur primę, & secundæ Vesperę, Natiuitatis Domini, Epiphaniæ, Conuersionis S. Pauli, Resurrectionis Domini, Pentecostes, Corporis Christi, SS. Petri, & Pauli; & huius Commemorat., Assump. B. V., Omnium SS., S. Caroli, Dedicationis propriæ Ecclesiæ, & S. Titularis. *Cærem. l. 2. c. 1.*

2 Secundas Vesperas, licet primis ignobiliores, cantare debemus ob populi concursum. *Ibid.*

3 Regulariter verò, quotiescunq; cantatur Missa solemnis, de qua *V. Missa Solemnis*, cantandæ erunt etiam primæ, & secundæ Vesperæ solemnes, exceptis ferijs hebdomadæ maioris, & depositionis fratrum nostrorum. *Ibid.*

4 Si in festis primæ classis prædictis solemniter cantari nequeant primæ, vel secundæ Vesperæ; saltem fiant ea solemnitate, quæ fieri solet; dempto pluuiali. *Ibid.*

5 In alijs tum primę tum secundæ classis cātantur Vesperæ quoad apparatum celebrantis attinet, sine solemnitate. *Ibidem*.

6 Si cantet Præp. Gen. Vesperas solemnes, paretur scamnum ad sedendum, nobiliori panno coopertum, & magis eleuatum quam cum alijs Superioribus fiat. *Ibidem l. 1. c. 9.*

7 Dato tertio signo conueniunt omnes in Sacristiam vt induant superpelliceo, & ibi expectant, maiores quidem prope celebrantem, minores

nores vero prope portam Sacristię, omnes aperto capite, donec bini egrediantur vt pergant in Chorum. *Ibid.*

8 Eodem ordine in Sacristiam reuertuntur. *Ib.*

9 Celebrante Præp. Gen. sint ministri omninò Sacerdotes, qui in Superioribus sedibus medium illũ habent, vt qui est à dextris ei eleuet fimbriam Pluuialis dum caput aperit. *Ibid.*

10 Accedentes Acolythi ad Gen. celebrantem genuflectent. *Ib.*

V. V. *Officia.* V. *Horæ Canonicæ.*

VESTITVS.

1 Clericorum sit tunica talaris, & exterior vestis collo connexæ. Capitis tegumentum crucis speciem exhibens more aliorum Clericorum. Pluuio tempore, vel hyberno, in itinere, aut etiam ruri pallium, siue mantellum loco exterioris vestis, adhiberi poterit. *C. l. 1. c. 3.*

2 Conuersorum sit; tunica ad medium crus demissa. Super eam pallium eodem modo. Capitis tegumentum rotundũ more solito. *Ib.*

3 Quoad hoc biretum nihil innouandum est ob reuerẽtiam nostrarum Const., decretorum Sac. Cong. super negotijs regul. & Apost. litterarum Greg. XV. quæ super hac re perpetuum imposuere silentium; sed tantum indulgendum est infirmæ aliquorum valetudini quoad continuum illius vsum. *Dec. Cap. Gen. 1632.*

4 In migratione ab vno ad aliud Collegium vna cum alijs vestibus ferant illud secum. *Mon. Cap. Gen. 1635.*

5 Habitus nouitiorum differat ad habitu professorum secundum solitam manicarum assuendarum rationem. *C. l. 1. c. 3.*

6 Superiores locorum non teneantur dare vestes panneas ijs, qui vtuntur lacernis; & qui indiguerint, necessitatem approbatam in scriptis habeant à Gener. l. Prou. vt ijs prouideatur; Idemq; intelligitur de mantellis. *Dec. C. G. 1647.* non eadem tamen sit vestis hyemalis, ac æstiua, sed sint duæ distinctæ (*ex declaratione Cap. Gen.* 1650.)

7 In nostro vestitu seruetur quantum fieri potest vna ratio.

8 Bireta in crucis formam quadrangularia sint more aliorũ Clericorum. Serico panno ne vestiantur, sed tela, quæ sangalli dicitur, aut hyeme quibus opus fuerit, fustaneo, aut laneo panno leuiore.

9 *Conuersorum biretum*, de quo supra n. 2. non sit fundo, quam ore triũ digitorũ latitudine amplius.

10 In vtrisq; caueatur, ne sæculares quidam mores vel vanitates admittantur, sed laudabilis mediocritas semper retineatur.

11 *Galeri* sint ex panno coactili nigro vulgo feltrum, nullo integumento cooperti, neq; redimiculis, aut villis exornati: sed tantum simplici linea subserica circumamicti,

quo

quo firmiùs adhæreant capiti.

12 Venti caussa, in itinere, altera interius simplex linea pro eo tempore addi possit, qua sub mento constringatur. Interius os galeri tantum panno vestiatur, non serico tamen, sed eo, quem dicunt Mocoiata; itaut duobus, vel tribus digitis tantum sub proiecto eiusdem galeri; & totidem versus fundũ pateat.

13 Fundo ne sint altiores sex digitis, neq; aliquo modo acuminati; Proiecto sint septem digitis, aut paulo plus patenti, cuius extremitas circummuniri possit serico filo. Conuersorum, sint tela quæ Sangalli dicitur subuestiti.

14 *Plieolus* presse capiti adhæreat; non sericum habeat: ex lana villosa nexilis; non exornatus in commissuris acus artificio.

15 *Subuculæ*, magnæ, paruæ, mediæ habeantur, simplici, & facili opere: colaribus simplicibus, non acu ornatis, non acutis in anteriori parte angulis, non vestium colaria superantia, manicis eiusdem operis, neq; supra vestem reflexæ.

16 *Indusia* siue nexilia, siue textilia; lanea sint, vel ex eo etiam, quod bombazem dicunt, non tamen pretiosa.

17 *Thoraces*, æstate sint ex simplici linea tela, & communi, & ad oram manicarum, in pectore, & ad collum niger pannus; vulgo sargia, assuatur. Possint toti ex sargia fieri ob frigidam alicuius naturam.

18 *Hyeme* fiant ex sargia, aut fustaneo; panno laneo interius vestiti, aut etiam vulgaribus pellibus iudicio Superioris. Non sericis globulis connectantur; non fenestellas habeant, aut quid morem sęcularem præseferens; ne tumorem ad imum ventrem efficiant. Possint quoq; fieri ex corio molliori. Ne color albus per tunicam appareat, sed eadem cautio quæ in lineis præscripta est, adhibeatur.

19 *Femoralia*, æstate fiant ex sargia, tela suffulta, vel ex nigra, vt aiunt, bombasina. Ne turgida, crispa, & more nautarum sint. Tela subuestiantur, etiam separata, tantum ad abluendi commoditatem.

Possint á superiore permitti simplicia ex tela nigra, si viderit cui opus esse.

Per hyemem fiant panno laneo firmiore, subtus eodem vestita, aliquantulum æstiuis angustiora.

20 *Caligæ*. Nigræ sint; æstate, ex sargia cum soleis ex nigro corio; hyeme ex panno laneo firmiore cũ soleis nigris ex crasso panno.

21 *Calcei*, sint superius paulum aperti, nigrisq; ex corio ligaculis constringantur. Conuersis dentur crassiores, eiusdem formæ.

22 *Sandalia*, dentur Clericis leuiora, æstate, sine subere; crassiora & cum subere, hyeme. Conuersis dari possunt trita aliqua, gratia valetudinis, pro hyeme. Vtrorum sint simplici, & vulgari opere, non præ-

acuta vel quadrata forma, neq; delicate pedem vestiant.

23 *Tunicæ* æstate conficiantur ex sargia atra linea tela ad lumbos vsq; suffultæ: hyeme e panno lineo firmiore, fustaneo, aut rudiore panno eodem modo suffultæ, sed deferentibus lacernas dentur vestes tantum ex sargia, itaut alia pro æstate, alia pro hyeme assignetur non vero vna, quæ per totum integrum annũ deferatur. *Ex Cap. Gen: sensu* 1650.

24 Ad collum ferreis vinculis connectantur.

25 Earum extremitates nullam habeant suturam apparentem, aut fimbrias, aut incisuras.

Quæ Clericorum fuerint, ad talos perueniant.

Quæ Conuersorum, ad medium crus demissæ; illud initiendo à summo genu ad terram vsque.

26 Qui lacernas deferunt habeant hyeme vestes ex sargia, sed & panneæ dentur à Superioribus ijs, qui indiguerint, & caussam approbatam à Gen., vel Prou. in scriptis habuerint. *D. C. G.* 1638.

Pelliceæ tunicæ, senibus tantum, valetudinarijs, & infirmis ex dispensatione concedantur, iudicio Præpositorum localium, & discretorum à Præp. Gen. vel Visitatoribus postea discutiendo.

27 Nullo modo tamen constent ex pellibus ferinis, sed vilioribus.

28 *Vestes exteriores* e sargia sint nõ laxiores, aut crispatæ, sed modesta forma; vinculo ad collũ cõnexæ.

Manicæ simpliciter assuantur, sine ruga, aut linea inserta; ad manum vero ita pateant, vt bis brachium ipsum capere possint.

Idem intelligatur dictum de manicis tunicarum, nisi quod aliquantulum angustiores erunt.

Hæ verò, & tunicæ ab ima parte extremitatem habeant non cera oblitam, sed simpliciter reflexam, sub suta panni linea, quæ digiti latitudine pateat.

29 *Cinctus, & ligamina*, quibus tunicæ, & caligæ constringuntur, ne quid sericum vllo pacto admixtum habeant. Ligamina vero etiam viliora sint.

40 *Chirothecæ* in itinere tantum hyeme conceduntur, & vilioris pretij: quæ ad communem vsum eo ipso loco, vbi supellex ad itinera obeunda necessaria adseruari solet, reponantur.

31 *Manica* ad manus hyeme muniendas e pellibus vilioribus conficiatur, & nigra sargia cooperiatur.

32. *Pallia, seu mantella* e panno lineo firmiore constent. Conuersorum quidem ad medium crus demissa, vt supra: Clericorum verò, tribus digitis sint longiora.

In amplioribus ciuitatibus, si expedire Præp. videatur, nonnulla pallia communia ex sargia seruentur, quibus Conuersi vtantur, qui ambulandi labore fatigantur.

Ijs, qui vtuntur veste pannea, Superio-

periores locorum non teneantur dare pallium panneum: sed si Præp. Gen. vel Prou. causam in scriptis probauerit, nihilominus egentibus prouideatur, & pallio panneo. Dec. C. Gen. 1638.

33 Viatoria indumenta, vacent sæculari vanitate.

Pallia, quæ feltra dicuntur ea forma ne adhibeantur, quæ duobus constat indumentis inter se separatis, & disiunctis more laicorum.

Ne sint alio colore quam nigro, neq; linearum etiam fabricarum artificio exornata.

Si breuius mantellum sit, ne tamen sit apertum à lateribus ad brachia emittenda.

Non nisi in longioribus itineribus ob necessitatem vtantur nostri vmbella.

34 *Ocreæ* ne sint elegãtes, nec subuestiãtur in superiori parte, panno.

Caligæ quæ sub ocreis adhibentur sint nigræ, vel saltem atri coloris, sine aliquo ornatu.

In calcaribus, ne sit locus vanitati, idq; animaduertant Superiores.

Idem seruetur in frænis, & ephippijs equorum, quæ omnino sint ex vilioribus.

Cõuersis interdicitur vsus ocrearum, aliorumq; viatoriorum indumentorum vsus. Dec. Cap. Gen. 1638.

35 Supellex omnis ad iter opportuna auferatur à cubiculis, nisi quis habeat in scriptis facultatem à Præp. Gen. vel Prou. eam conseruandi. Mon. C. G. 1629.

36 *Generaliter* in omnibus indumentis, quæcunq; illa sint caueatur ornatus, & elegantia, & quæ spectant ad amplitudinẽ. Sint simplicia, & ab omnibus vniusmodi habeantur.

37 Metiendis vestibus saltem, & mantellis adsit Vicarius, vt statamensura seruetur.

38 Noua recipiens à Vestiario, reddat quod eius generis vetus est, alteri adscribendum ex Vicarij præscripto.

39 Recipiens quæ hyemis sunt, reddat eidem quæ æstatis, purgata, & munda.

40 Si quis opus habet restituendorum, superior ad certum tempus concedat.

41 Quæ ad vsum quis accepit, ijs vtatur donec durent, neq; deponat vt nouum accipiat, licet titulo donationis ab extraneo.

42 Reconcinnatum, vel resarcitum nullus recuset & in hoc consulat Superior obedientiæ, & paupertati.

43 Sit Vicarij cura animaduertendi in eos, qui nimis cito vestimenta consumunt & in eo genere delinquentes corrigat.

44 Quæuis indumentorũ materia sit simplex, & re vulgaris prætij, & in ijs, licet minimi momenti nouitas, & vanitas caueatur.

45 Sericum omnino prohibetur, nisi forte ad aliquid firmius assuendum, ita ut extrinsecus tutu-

ra non appareat.

46 Subserica ne admittantur, nisi vt supra.

47 Non pelles ferinæ & prætiosiores: non telæ lineæ subtiliores.

48 Panni linei ex crassioribus sint, qua in re caueat Præp. & Vicarius, ne contra hanc regulam faciat, & præter Præp. Generalem, etiam Visitatores in visitatione eam seruari curent.

49 Amicorum opera curetur, vt panni crassiores ex bona materia, & diligenti artificio ad hoc fabricentur, aut in vno loco curentur, vnde ad alia Collegia vociniora commode mitti possint.

50 Idem seruetur in indusijs conficiendis.

51 Ad viliora opera, crassiores etiam panni adhibeantur, maxime à Conuersis, quibus conficiantur tunicę ex atra tela in vilioribus ministerijs.

52 Nullus recedat ab his regulis; neq; titulo valetudinis; qua in re consulatur Superior, qui caueat, ne institutorum nostrorum fines transeat.

53 Quæ domo dantur aliena ab his regulis, vendantur, aut commutentur.

54 Sine graui causa, nequid mutetur, si quid mutandum videatur pro regionis, vel loci diuersitate.

55 In dubijs, Præpositi Superior consulatur.

56 A Deputatis super differentijs itinerum, & vestitus, impostерum non audiantur, nisi differentiæ vniuscuiusq; triennij, quamuis credita prætendantur liquida. *Mon. Cap. Gen.* 1632.

VICARIVS GENERALIS.

V. V. *P. Generalis*.

VICARIVS LOCALIS.

1 Constituatur in vnoquoq; Collegio Præp. Vicarius, qui post Præpositum, primum locum teneat, Præpositiq; vices gerat, præsertim eo absente. *C. l.* 4. *c.* 17.

2 Eius officium est suppeditanda curare quæ ad victum, & vestitum pertinent; disciplinam, & ordinem officiorum, & singulis necessaria, & quæ ad curam domesticam spectant procurare; sed eius procuratio contineatur intra domesticos tantum parietes; & frequenter de illa communicet cum Præp. maxime in grauioribus, & in suo officio adiuuetur à discretis. *Ib.*

3 Præscribat Procuratori quæ Collegio necessaria sint, importanda, & condenda. *Ibidem*.

4 Eius nominatio fiat à Præposito & mittatur ad P. Gen. vel Prou. approbanda, denturq; litteræ ad illos ad formulam descriptam in formul. *fol.* 42.

5 Eiusdem electio innotescat Capitulo locali antequam fiat nominatio Procuratoris. Form. fo. 43.

6 Nunquam sit ordinarius Confessarius Collegij, sed illi possit Cōfessarius Collegij confiteri. *l.* 2. *c.* 4.

7 Possit tamen esse Confessarius ordinarius iuuenum, Præp. locali iudicante. *Dec. C. G. 1585.*

8 Obediat Præp. in omni parte sui officij, & alios Collegiales in eadem obedientia studeat continere, sitq; illi in omni voluntate, & sensibus coniunctissimus. *Reg. Vicar.*

9 Absente Præp. rationem gubernationis non immutet: quæ ille fecerit non rescindat; obseruet quæ præscripserit: nouas regulas aut cõsuetudines non inducat: illoq; reuerso, de statu rerum, & si quid noui acciderit edoceat. *Ibidem.*

10 Si quid graue acciderit illum consulat, si tempus concedet, & responsum expectet. *Ibidem.*

11 Nihil sibi sumat, quod proprie ad Præp. spectat; & ideo regulas officiorum omnes apud se seruet, & bene cognitas habeat: officinas, officiorumue loca frequenter visitat. *Ibidem.*

12 Nihil cuiquam secundum nostra instituta deesse sinat & auferat occasionem querelarum, & violandæ paupertatis votum: maxime vero sit sollicitus parandis ijs quæ spectant ad salutem ægrotorum procurandam. *I. & C. l. 4. c. 18.*

13 Ægrotos vero quotidie adibit, & adsit cum medicus adueniet; & si quid desit, aut ægrotis recte consulatur, inuigilet. *Ibid.*

Ne quid mandet extra Collegiũ mitti, neq; Collegialibus quidquam concedat extra communem dispensationem, nisi Præp. Generalis facultatem alicui concesserit. *Ibid.*

14 Senibus, imbecillis, & valetudinarijs si quid præter communem consuetudinem opus sit, etiam quandoq; de medicorum consilio videat. *Ibidem.*

15 Per ministrum ab expensis aut per alium curet quæ in dies paranda erunt; pecunia à Procuratore, vel ministro ipso suppeditanda: quæ ad vsum diuturnum importanda, & recondẽda sunt, parari à Procuratore, vel isto renitente, vel cunctante, de consilio Præpositi eat ipse, & exequatur, aut alium mittat. *Ibidem.*

16 Tempestiue tamen Procuratorem admoneat: triticumq; vinũ, oleum, ligna ad annum futurum integrum comparari curet. *Ibid.*

17 Item ne plures pecuniam tractent, & si quid opus est in singulorum officijs, haberi per ipsummet Vicarium, aut ministrum ab expensis. *Ibidem.*

18 Libellum sumptuum recognoscat, & subscribat, antequam à ministro, Procuratori afferatur. *Ib.*

19 Si Procurator Collegij sit Discretus, adsit pro Discreto Vicarius ipse in reddenda ratione dati, & accepti. *Dec. Cap. G. 1626. 1638.*

20 Tabellam de victu, & vestitu, illam statis temporibus, hanc bis in anno cum Discretis, & Præposito conficiat, ad normam regularũ generalium, & firmatam à Præp. ser-

seruari curabit; & si quos depræhenderit indumenta negligere, vel cito consumere, moneri, repræhendi, corrigique curet. *Reg. Vic. Ibid.*

21 Importata in Collegium vel nata in eo, eius arbitrio recondantur, & eius cura seruentur: vendenda, Procuratori suggerat, qui consulto Præp. deliberet. *Ibid.*

22 Notet quid immissum, vel extractum fuerit, & qua de causa.

23 Visitet cum Discretis semel in anno Collegij officia, & si quid in illis præscribendum erit, notet in libro subscribendo à Præp. & teneat apud se, & habere curet ab officiali. *Ibid.*

24 Habebit apud se indicem supellectilis omnium minorum officiorum, & alium habeant similem officiales, & recognoscantur in Visitatione. *Ibidem*.

25 Ne concitetur renouandis, reficiendis, & instaurandis, ne maiori sumptu opus sit. *Ib.*

26 Mobilia Collegij custodiri, designatis ad hoc certis personis si expedierit, ne quid distrahatur, aut auferatur. *Ibidem*.

27 Distribuet in hebdomada ministeriorum functiones: præstari, suppleriq; mandabit, nullumq; excipiet nisi ex iusta causa cũ aliquo, ob ætatem, imbecillitatem, vel id genus alia Præpositus dispensandũ iudicet. Sed Aduentus, & Quad. tempore, inseruiendi, & legendi munus ijs qui accumbunt in dies assignare Præposito consentiente. *Ibid.*

28 Curam Conuersorũ habeat, & in disciplina, executione mandati sibi operis, & officij, in mutua charitate contineat, & otiosos ne permittat: singulis Dominicis diebus conuocet, & collationem spiritualem seu Capitulum cum eis habeat sumpta materia præsertim ab eorum regulis; singula hebdomada que sint meditaturi doceat: efficiat vt Doctrina Christiana sint imbuti: inuestiget communem illorum cõsuetudinem, disciplinam, & opera, cuiq; dent operam, idq; genus alia. *Ib. & Mon. Cap. Gen.* 1623.

29 Pœnitentiæ opera possit ipse assignare minoribus officialibus, nisi aliter statuat Præp. quo inconsulto, ne grauiora imponet. *Ib.*

30 Ab eius cura excipiuntur Nouitij, si ipse non sit eorum Confessarius, nisi aliud a Superioribus præscribatur. *Ibid.*

31 Superiore deponente officium, vel ad Capit. Generale proficiscente recipiat ipse cum Discretis pecuniam Collegij, & clauem arcæ, & cum ipsis Discretis det eiusdem consignationis à Præposito factæ testimonium deferendum ad Cap. Gen. *Mon. Cap. Gen.* 1635.

32 Eidem Vicario, & primis Discretis, res, & pecunias omnes, Superiores discedentes resignent, & recognoscantur omnia ab ijs; ad quos migrat. *Dec. C. G.* 1605. 1620.

Præ-

Præcedentiam Vicarij localis V. V. *Præcedentia*.

33 Tandem Vicarius localis legat suam regulam initio sui officij, & iterum post sex menses, & eodem modo deinceps, si fuerit confirmatus. *Regul. Vic.*

V. V. *Visitatio officiorum*.

VICTVS.

1 Sint cibi nostri communes, & ex ijs, qui sunt in promptu, non artificiose conditi, sed simplici ratione confecti, neq; adeo graues & rudes, quales sunt qui conueniũt corporis exercitationibus deditis. *Regul. de victu*.

2 Condimenta non seruiant ad gulam irritandam. *Ibid.*

3 Carne vitulina delicatior, nunquam cõparetur (excipimus ægrotos, & valetudinarios) eademq; regula sit de piscibus & reliquis cibis. Si quid donetur à nostris mensis non alienum, distribui possit. *Ibid.*

4 Pani in qualitate, quam quantitate, & condituris; seruetur communis quædam ratio, & mediocritas, & media quadam ratione omnium gustibus consulatur. Hunc verò modum violare studentes grauiter corrigantur. *Ibid.*

5 Suilla caro, & salsamenta, ne cum alijs cibis & communi inte coquantur, & salsi pisces, prius aqua macerentur, quam coquantur. *Ib.*

6 Graues cibi dari possunt hyeme, ne dentur æstate, qua etiam cæpis, & huiusmodi abstineatur. *Ibid.*

7 Prouideant Superiores, & ad quos hæc cura spectat, vt extra cõmunem victum pro cuiusq; imbecillitate idonea suppeditentur, si opus fuerit, & hac in re non expectetur indigentium flagitatio, sed negligentes hac in re graui pænitentia corrigantur. *Ibidem*.

8 Excepta necessitate, pro ratione diuersarum functionum, & vocationis, dispari ratione, à Præp. Gener. ad vltimum seruetur æqualitas. *Ibidem*.

9 Si quid distribuendum non omnibus sufficiat; primò tribuatur qui priori loco sedent, deinde qui magis ægent, arbitrio Præp. *Ibid.*

10 Prædicatorum, quo die munus obeunt, itinerantium, & qui præcipua aliqua occupatione detinentur, habeatur ratio, ob præcipuum laborem. *Ibidem*.

11 Parcè adhibeantur acria, & mordacia, & aromata; vinum sit mediocre, & aqua tẽperetur; panis tertio quoq; die sit recens. *Ibid.*

12 Mensæ suppellex sit simplex: sedilia, & mẽsæ opere vulgari, mappæ ex vili tela; cultelli, capulo nigro absq; ornatu, nec longiores quam communis manus, pollice & auriculari digito deductis, capere possit: forcinulæ bidentes, & eiusdem mensuræ. Ab his aurum & argentum omnino arceatur: pocula vitrea, & sine pede: Picturæ Cænaculi non nisi sacræ, nec magni prætij; ordinariè, imago Crucifixi & alia.

alia, puta S. Pauli.

13 Constet victus noster iurulento & liquido cibo in scutella ponendo, & post eum obsonio in patina ferendo. *Ibidem*.

14 Liceat & aliquod additamentum apponere pro temporum ratione, siue ante, siue post pro additi qualitate; detur autem quando in tabella consueta præscribitur: cæterum non nisi Vicarij arbitrio, aut generali facultate Præpositi, modo ne detur singulis acubationibus tanquam ordinarium. *Ibid.*

15 Diebus ieiunij semper detur id additamentum in meridiana refectione, & addatur alterum obsonium; Vesperi detur vncia circiter panis, & aliquid fructuú in paruula scutella. *Ibidem*.

16 Detur & additamentum quo die carnes non comeduntur, & poterit vnum obsonij ferculum constare ex duplici genere; sed nihil communiter. *Ibidem*.

17 Caro cruda eo sit pondere, vt decem cuiq; vnciæ in die obueniant: duæ partes ex tribus vitulinæ sint, tertia, bubula: æstate sit quarta pars bubula, sed coquatur maior quantitas, quam ratio decem vnciarum postulat, vt hospitibus consulatur: quidquid superest, ad alteram comestionem seruetur, sæpe frixum, vel aliter concinnatum, mundum, & purum. *Ibidem*.

18 Prius eo pondere sint crudi, vt singulis tres, vel quatuor vnciæ obueniant. *Ibidem*.

19 Videatur, ne ambo cibi sint eiusdem generis lenes, vel graues, sed temperentur, & multorum imbecillitati consulatur. *Ibidem*.

20 Noua, & inusitata apud nos quoad fieri potest arceantur. *Ibid.*

21 In descriptione ciborum quæ fit initio cuiusq; temporis, habeatur ratio, genus, conditio, & pretium ciborum ita eligatur, vt ad generalem descriptionem quam fieri potest, accedatur, quæ descriptio subscripta à Præp. detur dispensatori, neq; ab ea discedatur, nisi quid donatum, vel in possessionibus nostris hortisq; natum distribuendum sit, superioris iudicio, aut extraordinarie aliquid detur recreationis gratia: quæ tamen ad has regulas, quantum fieri potest accomodentur. *Ibid.*

V. V. *Dispensator*. V. *Minister ab Expensis*.

VISITATOR, ET VISITATIO.

1 Eligantur Visitatores in Capit. Gen., & nominabuntur vna, & eadem schedula, & ante illorum nominationem leget Cancellarius cap. 14. lib. 4. Const., & euulgabuntur electi, scrutinium facientibus Præp. Gen., qui fuit Præses, & si electus fuerit in Assistentem, Promotor antiquior, & Cancellarius. In reliquis seruetur eadem forma electionis quæ dicta est de electione Assistentium. *lib. 4. Const. c. 9. & Carem. l. 3. c. 1.*

2 Eo-

2 Eorum officium est loca singula obeundo, omnem vitæ, Constitutionum, ordinationum, institutorumq; rationem recognoscere, tueri, & curare: illapsa per malitiã, negligentiam, imprudentiam corrigere, & castigare: immoderatas libertates, & licentias reprimere. *C. l. 4. c. 14. Reg. Visitat.*

3 Omnia instituta nostra noscant, & eorum ordinatam summã habeant, qua, de rebus singulis, non odiose tamen, & nimis minute interrogent, & exquirant.

4 Bis in anno singula Collegia visitent, & quando, & quæ, prius, aut posterius, ipsorum erit de Generalis sententia statuere. Sed semel tantum visitent ea, in quibus ipsius Generalis Visitatio fiat: & quæ valde longinqua sunt, arbitrio ipsiusmet Generalis. *Ibid. & Reg. Visit.*

5 Simul visitent, nullumq; alium secũ adducant, ipsiusq; visitationis acta ipsi conscribant. *Reg. Visit.*

6 Rerum omnium, tam spiritualium, quam temporalium statum, singulorumq; mores; maxime in loco Nouit., & scholarum inuestigent, etsi alter non possit, alterum eligat Præp. Gen. cum consensu Assist. *Ibid.*

7 Præpositi, Visitatores esse non possint, si loca visitanda tot sunt, vt maiorem anni partem necesse sit in visitatione consumere. Si pauca fuerint; possint; non tamen Prep. Scholarum, & Nouitiatus. *Const. Ib.*

8 Prepositi tamen, propria Collegia ne visitent, sed per alios à Generali destinatos. *Ibid.*

9 Diuisa Cong. in Prouincias, augeatur & numerus Visitatorum, arbitrio Cap. Gen. *Ibid.*

10 Procurator Generalis subiaceat Visitationi sui Prouincialis, qui tamen obseruabit quæ præscribuntur ipsis Visitatoribus, abstinendo à visendis literis &c. *Dec. Cap. G. 1620.*

11 Sumptum in visitatione faciendum, ipsa visitanda Collegia suppeditabunt. *Const. Ib.*

Ne patiantur Visitatores excipi se extraordinario apparatu, aut quidquam sibi extraordinarie parari: ne à visitandis, quid licet minimum accipiant, præter itineris sumptum, æqua distributione per Generalem, assignandum. *Reg. Visi.*

12 Postridie illorum aduentus dicantur Missæ de Spiritu Sancto cum applicatione sacrificij, etiam tempore visitationis, & quo etiam, fiant consuetæ orationes pro salutari Visitatione. *Ibid. & Dec. Cap. Gen. 1620.*

13 Grauitatem cum sua auctoritate coniungant, & illas cum sanctitate vitæ ad aliorum exemplum, *Ibid.*

14 Ordo in Visitatione seruandus is sit. Opportuna hora conuocent Collegiales: aduentus cau-

Ee sam

fam significent, patentes suas, & si quid cognitu necessarium habent, per Cancellarium promulgent: ad fidenter aperiendum corrigenda, & prouidenda, hortentur: capitulum communium culparum indicent, & donec habeatur, alia præstent. *Reg. Visit. Ib.*

15 Priuatim Collegiales omnes singillatim audiant, & tum de priuatis, tum de communibus rebus pro qualitate personarum adscitos interrogent, & audiant; & si quid vel in publico Cap. vel priuatim audierint notatu dignum, notent: cubicula, loca, & officia omnia visitent, & animaduertant si quid offendant contra institutiones, & regulas nostras, maxime in rebus ad cultum diuinum spectantibus. *Ib.*

16 Villas quoq; seu possessiones, si expediat visitent. *Ib.*

17 In officiorum visitatione vti poterunt ratione ad id præscripta; Vicario relinquentes quę minutiora sunt, & potius à Præposito intelligentes quomodo habeantur. *Ibid.*

18 Benigne, patienterq; omnes audient, non tamen in confessione, sed, si expedire iudicent, dent poscentibus extraordinarium Confessarium ex Collegio, pro eo tempore tantùm. *Ibid.*

19 Libertatem, & fidem in patefaciendis quæ fructui esse possunt in Visitatione tueantur. Si quem compererint ab hoc officio deterrere, aut obijcere quæ iam detulerit, pro modo culpæ, aut puniatur à Visitatoribus, aut ad Generalem deferatur. *Ibidem.*

20 Ita rerum veritatem inquirant, vt tamen non exigant à quoquam quod per sacram doctrinam aut dicere, aut facere non possunt. *Ibidem.*

21 Caueant ne suspicentur Collegiales, si forte aliqua in re dissentiant ipsi Visitatores. *Ibid.*

22 Superiorum auctoritatem tueantur, & per eos fieri executionem eorum, quæ decreuerint, siue à Præp. local. siue Prouincialibus, prout ad illos, vel ad hos negotium spectabit. *C. l. 4. Ibid.*

23 Si superiores negligentes depræhenderint, aut corrigendos; ad Generalem deferant, qui id præstet, loco, & tempore opportuno. *Ibidem.*

24 Si quid grauius constituendum fuerit, communicent cum Generali Præp. *Ibid. & Reg. Visit.*

25 Exquirant à Præpositis, & Superioribus localibus causas erratorum, vel omissorum contra Const. & cuiuscumq; generis Decreta; & si non reddantur rationabiles, in eos pro modo culpæ animaduertant, & præsertim si omittatur casuum conferentia, *Mon. Cap. Gen. 1620. 1632.*

26 Inquirant, num aliqui festine nimis aut indecenter missam celebrent, & seuere in eos animaduertant, etiam suspensione à cele-

bra-

bratione. *Mon. Cap. Gen.* 1630.

27 Videant an acta Collegiorum ad formulam sint descripta. *Mon. Cap. Gen.* 1623.

28 Citissime se expediant: non tamen ideo suo muneri implendo propterea desint. *Ibidem*.

29 Visitationem salubri sermone concludent, & plenariam indulgentiam rite confessis & communicatis ex concessione Sixti. V. collegialibus concedent; præscriptis cæteris ad spetialem Collegij progressum. *Ibidem*.

30 Quæ emendanda, præscribenda, decernendaue ducent, alia in præsentia exequi poterunt; quædam ore in vniuersum, alia scripto relicta admonebunt, vt magis in rem præsentem expediet. *Ibid.*

31 Grauia ne fecerint inconsulto Gen. Præposito, nisi extraordinariam facultatem habeant, aut quid inciderit, quod in præsentia remedio indigeat, de quo postea Generalem doceant. *Ibid.*

32 Ne leues, aut minutas admonitiones, vel ordinationes scripto consignent, & scriptas deferant ad Generalem approbandas, vt casum suis litteris ad Collegia mittant. *Ib.*

33 Eidem Generali, peracto visitationis cursu, omnia per eos acta, vniuscuiusq; Collegij & personarum statum fideliter referant, cauentes ne ex proprij affectus dispositione quidquam veritati detrahant. *Ibid. & Const. Ibidem*.

34 Referant item summam dati, accepti, & expensi cuiusque Collegij, & eius quod ei debetur, & quod ipsum debeat. *Ibidem*.

35 Secreta vero omnia habeant, & retineant, præsertim quidquid alicui personæ vel Collegio detrimentum afferre possunt. *Ibid.*

36 Comburant notulas erratorum si quas fecerint. *Ibidem*.

De Visitatorum præcedentia, Vide sup. *V. Præcedentia*.

37 Legant simul regulam Visitatorum, cum primum ad visitationes obeundas conueniunt. *Reg. Visitat.*

38 Superiores locorum transmittant Decreta à Visitatoribus, & Generali, in Visitatione facta, ad suum Prouincialem. *Mon. Cap. Gen.* 1614.

39 Visitatores transmittant ad Gen. ratione dati & accepti, à Proc. & Discretis Collegiorum firmatam. *Fam. Litter. Visit.*

De Visitatorum electione extra Cap. Gen. vide sup. V. *Assistentium electio extra Cap. Gen.*

V. V. *Visitatio officiorum*.

V. *Cubicula*.

V. *Litteræ Visitatorum*.

VISITATIO OFFICIORVM.

1 Coram Vicario, & Discretis, Præfectus officij minoris, petita benedictione, & præuia oratione de more in loco, vbi officium exercetur, legat officij sui regulam, & si officialis legere nesciat, suppleat

iunior

iunior Discretus. *Reg. de Visit. offic.*

Eadem ratio seruetur, si officinę proprium non habent locum. *Ibid.*

2 Dum legitur, Visitatores per singula capita quærant de illorum obseruantia, de impedimẽtis quominus non seruentur, & quæ opus sunt notent memoriæ causa. *Ibid.*

3 Lustrent loca singula, & videant an omnia recte se habeant: inuentarium conferant: notent in vtroq; indice & addita, & quæ quauis ratione defecerint: inquirant an seruata decreta generalium Visitatorum. *Ibid.*

4 Dimisso officij Præfecto, conferat Vicarius cum Discretis quid expedire in ea visitatione videbitur, & quod statuerint, notetur in libro Vicarij, apposito die, & Præp. subscriptione, vt quamprimum executioni mandetur; quæ vero Præfecto scire necesse erit, scribat in suo libello ad id parato. *Ibidem.*


5 Tempus huius Visitationis definiatur à Præp. cum consilio Discretorum. *Ibidem.*

6 Quatuor maiora officia Præpositus ipse visitet; Vicarij quidem, & reliquorum, vna cum Discretis; Discretorum vero, vna cum Vicario. *Ibidem.*

7 Cubicula vno die omnia Præp. cum Discretis visitet quo tempore omnes congregati sunt Collegiales, à quibus claues repetat, & certo spacio abesse à cubiculis omnes iubeat. Visitabit autem omnia diligenter, libros, scripta, scrinia, recondita omnia; & quidquid contra regulas depererit, sine cunctatione amoueat. *Ibid.*

8 Idem fiat de locis, quæ officinæ non sint, & si quid prouidendum viderit, notet. *Ib.*

9 Legatur hæc formula antequam ad visitationem accedatur. *Ibidem.*



FINIS.

INDEX

VERBORVM, SEV TITVLORVM

Manualis P. D. Haymonis Corij.

Cho-

ra non appareat.

46 Subserica ne admittantur, nisi vt supra.

47 Non pelles ferinæ & prætiosiores: non telæ lineæ subtiliores.

48 Panni linei ex crassioribus sint, qua in re caueat Præp. & Vicarius, ne contra hanc regulam faciat, & præter Præp. Generalem, etiam Visitatores in visitatione eam seruari curent.

49 Amicorum opera curetur, vt panni crassiores ex bona materia, & diligenti artificio ad hoc fabricentur, aut in vno loco curentur, vnde ad alia Collegia vociniora commode mitti possint.

50 Idem seruetur in indusijs conficiendis.

51 Ad viliora opera, crassiores etiam panni adhibeantur, maxime à Conuersis, quibus conficiantur tunicę ex atra tela in vilioribus ministerijs.

52 Nullus recedat ab his regulis; neq; titulo valetudinis; qua in re consulatur Superior, qui caueat, ne institutorum nostrorum fines transeat.

53 Quæ domo dantur aliena ab his regulis, vendantur, aut commutentur.

54 Sine graui causa, nequid mittetur, si quid mutandum videatur pro regionis, vel loci diuersitate.

55 In dubijs, Præpositi Superior consulatur.

56 A Deputatis super differentijs itinerum, & vestitus, impòsterum non audiantur, nisi differentiæ vniuscuiusq; triennij, quamuis credita prætendantur liquida. *Mon. Cap. Gen.* 1632.

VICARIVS GENERALIS.

V. V. *P. Generalis*.

VICARIVS LOCALIS.

1 Constituatur in vnoquoq; Collegio Præp. Vicarius, qui post Præpositum, primum locum teneat, Præpositiq; vices gerat, præsertim eo absente. *C. l.* 4. *c.* 17.

2 Eius officium est suppeditanda curare quæ ad victum, & vestitum pertinent; disciplinam, & ordinem officiorum, & singulis necessaria, & quæ ad curam domesticam spectant procurare; sed eius procuratio contineatur intra domesticos tantum parietes; & frequenter de illa communicet cum Præp. maxime in grauioribus, & in suo officio adiuuetur à discretis. *Ib.*

3 Præscribat Procuratori quæ Collegio necessaria sint, importanda, & condenda. *Ibidem*.

4 Eius nominatio fiat à Præposito & mittatur ad P. Gen. vel Prou. approbanda, denturq; litteræ ad illos ad formulam descriptam in formul. *fol.* 42.

5 Eiusdem electio innotescat Capitulo locali antequam fiat nominatio Procuratoris. Form. fo. 43.

6 Nunquam sit ordinarius Confessarius Collegij, sed illi possit Cōfessarius Collegij confiteri. *l.* 2. *c.* 4.

7 Pos-

7 Possit tamen esse Confessarius ordinarius iuuenum, Præp. locali iudicante. *Dec. C. G.* 1585.

8 Obediat Præp. in omni parte sui officij, & alios Collegiales in eadem obedientia studeat continere, sitq; illi in omni voluntate, & sensibus coniunctissimus. *Reg. Vicar.*

9 Absente Præp. rationem gubernationis non immutet: quæ ille fecerit non rescindat; obseruet quæ præscripserit: nouas regulas aut cõsuetudines non inducat: illoq; reuerso, de statu rerum, & si quid noui acciderit edoceat. *Ibidem*.

10 Si quid graue acciderit illum consulat, si tempus concedet, & responsum expectet. *Ibidem*.

11 Nihil sibi sumat, quod proprie ad Præp. spectat; & ideo regulas officiorum omnes apud se seruet, & bene cognitas habeat: officinas, officiorumue loca frequenter reuisat. *Ibidem*.

12 Nihil cuiquam secundum nostra instituta deesse sinat & auferat occasionem querelarum, & violandæ paupertatis votum: maxime vero sit sollicitus parandis ijs quæ spectant ad salutem ægrotorum procurandam. *I. & C. l. 4. c.* 18.

13 Ægrotos vero quotidie adibit, & adsit cum medicus aduenict; & si quid desit, aut ægrotis recte consulatur, inuigilet. *Ibid.*

Ne quid mandet extra Collegiũ mitti, neq; Collegialibus quidquam concedat extra communem dispensationem, nisi Præp. Generalis facultatem alicui concesserit. *Ibid.*

14 Senibus, imbecillis, & valetudinarijs si quid præter communem consuetudinem opus sit, etiam quandoq; de medicorum consilio videat. *Ibidem*.

15 Per ministrum ab expensis aut per alium curet quæ in dies paranda erunt; pecunia à Procuratore, vel ministro ipso suppeditanda: quæ ad vsum diuturnum importanda, & recondẽda sunt, parari à Procuratore, vel isto renitente, vel cunctante, de consilio Præpositi eat ipse, & exequatur, aut alium mittat. *Ibidem*.

16 Tempestiue tamen Procuratorem admoneat: triticumq; vinũ, oleum, ligna ad annum futurum integrum comparari curet. *Ibid.*

17 Item ne plures pecuniam tractent, & si quid opus est in singulorum officijs, haberi per ipsummet Vicarium, aut ministrum ab expensis. *Ibidem*.

18 Libellum sumptuum recognoscat, & subscribat, antequam à ministro, Procuratori afferatur. *Ib.*

19 Si Procurator Collegij sit Discretus, adsit pro Discreto Vicarius ipse in reddenda ratione dati, & accepti. *Dec. Cap. G.* 1626. 1638.

20 Tabellam de victu, & vestitu, illam statis temporibus, hanc bis in anno cum Discretis, & Præposito conficiat, ad normam regularũ generalium, & firmatam à Præp.

ser-

seruari curabit; & si quos deprehenderit indumenta negligere, vel cito consumere, moneri, reprehendi, corrigique curet. *Reg. Vic. Ibid.*

21 Importata in Collegium vel nata in eo, eius arbitrio recondantur, & eius cura seruentur: vendenda, Procuratori suggerat, qui consulto Praep. deliberet. *Ibid.*

22 Notet quid immissum, vel extractum fuerit, & qua de causa.

23 Visitet cum Discretis semel in anno Collegij officia, & si quid in illis praescribendum erit, notet in libro subscribendo à Praep. & teneat apud se, & habere curet ab officiali. *Ibid.*

24 Habebit apud se indicem supellectilis omnium minorum officiorum, & alium habeant similem officiales, & recognoscantur in Visitatione. *Ibidem.*

25 Ne concetur renouandis, reficiendis, & instaurandis, ne maiori sumptu opus sit. *Ib.*

26 Mobilia Collegij custodiri, designatis ad hoc certis personis si expedierit, ne quid distrahatur, aut auferatur. *Ibidem.*

27 Distribuet in hebdomada ministeriorum functiones: praestari, suppleriq; mandabit, nullumq; excipiet nisi ex iusta causa cũ aliquo, ob aetatem, imbecillitatem, vel id genus alia Praepositus dispensandũ iudicet. Sed Aduentus, & Quad. tempore, inseruiendi, & legendi munus ijs qui accumbunt in dies assignare Praeposito consentiente. *Ibid.*

28 Curam Conuersorũ habeat, & in disciplina, executione mandati sibi operis, & officij, in mutua charitate contineat, & otiosos ne permittat: singulis Dominicis diebus conuocet, & collationem spiritualem seu Capitulum cum eis habeat sumpta materia praesertim ab eorum regulis: singula hebdomada, quę sint meditanti doceat: efficiat vt Doctrina Christiana sint imbuti: inuestiget communem illorum cõsuetudinem, disciplinam, & opera, cuiq; dent operam, idq; genus alia. *Ib. & Mon. Cap. Gen. 1623.*

29 Pęnitentiae opera possit ipse assignare minoribus officialibus, nisi aliter statuat Praep. quo inconsulto, ne grauiora imponet. *Ib.*

30 Ab eius cura excipiuntur Nouitij, si ipse non sit eorum Confessarius, nisi aliud a Superioribus praescribatur. *Ibid.*

31 Superiore deponente officium, vel ad Capit. Generale proficiscente recipiat ipse cum Discretis pecuniam Collegij, & clauem arcae, & cum ipsis Discretis det eiusdem consignationis à Praeposito factae testimonium deferendum ad Cap. Gen. *Mon. Cap. Gen. 1635.*

32 Eidem Vicario, & primis Discretis, res, & pecunias omnes, Superiores discedentes resignent, & recognoscantur omnia ab ijs; ad quos migrat. *Dec. C. G. 1605. 1620.*

Prae-

Præcedentiam Vicarij localis V. V. *Præcedentia*.

33 Tandem Vicarius localis legat suam regulam initio sui officij, & iterum post sex menses, & eodem modo deinceps, si fuerit confirmatus. *Regul. Vic.*

V. V. *Visitatio officiorum*.

VICTVS.

1 Sint cibi nostri communes, & ex ijs, qui sunt in promptu, non artificiose conditi, sed simplici ratione confecti, neq; adeo graues & rudes, quales sunt qui conueniũt corporis exercitationibus deditis. *Regul. de victu*.

2 Condimenta non seruiant ad gulam irritandam. *Ibid.*

3 Carne vitulina delicatior, nunquam cõparetur (excipimus ægrotos, & valetudinarios) eademq; regula sit de piscibus & reliquis cibis. Si quid donetur à nostris mensis non alienum, distribui possit. *Ibid.*

4 Pani in qualitate, quam quantitate, & conditurіs; seruetur communis quædam ratio, & mediocritas, & media quadam ratione omnium gustibus consulatur. Hunc verò modum violare studentes grauiter corrigantur. *Ibid.*

5 Suilla caro, & salsamenta, ne cum alijs cibis & communi iure coquantur; & salsi pisces, prius aqua macerentur, quam coquantur. *Ib.*

6 Graues cibi dari possunt hyeme, ne dentur æstate, qua etiam cæpis, & huiusmodi abstineatur. *Ibid.*

7 Prouideant Superiores, & ad quos hæc cura spectat, vt extra cõmunem victum pro cuiusq; imbecillitate idonea suppeditentur, si opus fuerit, & hac in re non expectetur indigentium flagitatio, sed negligentes hac in re graui pænitentia corrigantur. *Ibidem*.

8 Excepta necessitate, pro ratione diuersarum functionum, & vocationis, dispari ratione, à Præp. Gener. ad vltimum seruetur æqualitas. *Ibidem*.

9 Si quid distribuendum non omnibus sufficiat; primò tribuatur qui priori loco sedent, deinde qui magis ægent, arbitrio Præp. *Ibid.*

10 Prædicatorum, quo die munus obeunt, itinerantium, & qui præcipua aliqua occupatione detinentur, habeatur ratio, ob præcipuum laborem. *Ibidem*.

11 Parcè adhibeantur acria, & mordacia, & aromata; vinum sit mediocre, & aqua téperetur: panis tertio quoq; die sit recens. *Ibid.*

12 Mensæ suppellex sit simplex: sedilia, & mẽsæ operæ vulgari, mappæ ex vili tela; cultelli, capulo nigro absq; ornatu, nec longiores quam communis manus, pollice, & auriculari digito deductis, capere possit: forcinulæ bidentes, & eiusdem mensuræ. Ab his aurum & argentum omnino arceatur: pocula, vitrea, & sine pede: Picturæ Cænaculi non nisi sacræ, nec magni prætij; ordinariè, imago Crucifixi & alia,

alia, puta S. Pauli.

13 Constet victus noster iurulento & liquido cibo in scutella ponendo, & post eum obsonio in patina ferendo. *Ibidem*.

14 Liceat & aliquod additamentum apponere pro temporum ratione, siue ante, siue post pro additi qualitate; detur autem quando in tabella consueta præscribitur: cæterum non nisi Vicarij arbitrio, aut generali facultate Præpositi, modo ne detur singulis acubationibus tanquam ordinarium. *Ibid.*

15 Diebus ieiunij semper detur id additamentum in meridiana refectione, & addatur alterum obsonium; Vesperi detur vncia circiter, panis, & aliquid fructuú in paruula scutella. *Ibidem*.

16 Detur & additamentum quo die carnes non comeduntur, & poterit vnum obsonij ferculum constare ex duplici genere; sed nihil communiter. *Ibidem*.

17 Caro cruda eo sit pondere, vt decem cuiq; vnciæ in die obueniant: duæ partes ex tribus vitulinæ sint, tertia, bubula: æstate sit quarta pars bubula, sed coquatur maior quantitas, quam ratio decem vnciarum postulat, vt hospitibus consulatur: quidquid superest, ad alteram comestionem seruetur, sæpe frixum, vel aliter concinnatum, mundum, & purum. *Ibidem*.

18 Prius eo pondere sint crudi, vt singulis tres, vel quatuor vnciæ obueniant. *Ibidem*.

19 Videatur, ne ambo cibi sint eiusdem generis leues, vel graues, sed temperentur, & multorum imbecillitati consulatur. *Ibidem*.

20 Noua, & inusitata apud nos: quoad fieri potest arceantur. *Ibid.*

21 In descriptione ciborum, quæ fit initio cuiusq; temporis, habeatur ratio, genus, conditio, & prætium ciborum ita eligatur, vt ad generalem descriptionem quam fieri potest, accedatur, quæ descriptio subscripta à Præp. detur dispensatori, neq; ab ea discedatur, nisi quid donatum, vel in possessionibus nostris hortisq; natum distribuendum sit, superioris iudicio, aut extraordinarie aliquid detur recreationis gratia: quæ tamen ad has regulas, quantum fieri potest accomodentur. *Ibid.*

V. V. *Dispensator*. V. *Minister ab Expensis*.

VISITATOR, ET VISITATIO.

1 Eligantur Visitatores in Capit. Gen., & nominabuntur vna, & eadem schedula, & ante illorum nominationem leget Cancellarius cap. 14. lib. 4. Const., & euulgabuntur electi, scrutinium facientibus Præp. Gen., qui fuit Præses, & si electus fuerit in Assistentem, Promotor antiquior, & Cancellarius: In reliquis seruetur eadem forma electionis quæ dicta est de electione Assistentium. *lib. 4. Const. c. 9. & Cærem. l. 3. c. 1.*

2 Eo-

2 Eorum officium est loca singula obeundo, omnem vitæ, Constitutionum, ordinationum, institutorumq; rationem recognoscere, tueri, & curare: illapsa per malitiā, negligentiam, imprudentiam corrigere, & castigare: immoderatas libertates, & licentias reprimere. *C. l. 4. c. 14. Reg. Visitat.*

3 Omnia instituta nostra noscant, & eorum ordinatam summā habeant, qua, de rebus singulis, non odiose tamen, & nimis minute interrogent, & exquirant.

4 Bis in anno singula Collegia visitent, & quando, & quæ, prius, aut posterius, ipsorum erit de Generalis sententia statuere. Sed semel tantum visitent ea, in quibus ipsius Generalis Visitatio fiat: & quæ valde longinqua sunt, arbitrio ipsiusmet Generalis. *Ibid. & Reg. Visit.*

5 Simul visitent, nullumq; alium secū adducant, ipsiusq; visitationis acta ipsi conscribant. *Reg. Visit.*

6 Rerum omnium, tam spiritualium, quam temporalium statum, singulorumq; mores; maxime in loco Nouit., & scholarum inuestigent, etsi alter non possit, alterum eligat Præp. Gen. cum consensu Assist. *Ibid.*

7 Præpositi, Visitatores esse non possint, si loca visitanda tot sunt, vt maiorem anni partem necesse sit in visitatione consumere. Si pauca fuerint; possint; non tamen Prep. Scholarum, & Nouitiatus. *Const. Ib.*

8 Preposìti tamen, propria Collegia ne visitent, sed per alios à Generali destinatos. *Ibid.*

9 Diuisa Cong. in Prouincias, augeatur & numerus Visitatorum, arbitrio Cap. Gen. *Ibid.*

10 Procurator Generalis subiaceat Visitationi sui Prouincialis, qui tamen obseruabit quæ præscribuntur ipsis Visitatoribus, abstinendo à visendis literis &c. *Dec. Cap. G. 1620.*

11 Sumptum in visitatione faciendum, ipsa visitanda Collegia suppeditabunt. *Const. Ib.*

Ne patiantur Visitatores excipi se extraordinario apparatu, aut quidquam sibi extraordinarie parari: ne à visitandis, quid licet minimum accipiant, præter itineris sumptum, æqua distributione per Generalem, assignandum. *Reg. Visi.*

12 Postridie illorum aduentus dicantur Missæ de Spiritu Sancto cum applicatione sacrificij, etiam tempore visitationis, & quo etiam, fiant consuetæ orationes pro salutari Visitatione. *Ibid. & Dec. Cap. Gen. 1620.*

13 Grauitatem cum sua auctoritate coniungant, & illas cum sanctitate vitæ ad aliorum exemplum, *Ibid.*

14 Ordo in Visitatione seruandus is sit. Opportuna hora conuocent Collegiales: aduentus causam

sam

sam significent, patentes suas, & si quid cognitu necessarium habent, per Cancellarium promulgent: ad fidenter aperiendum corrigenda, & prouidenda, hortentur: capiculum communium culparum indicent, & donec habeatur, alia præstent. *Reg. Visit. Ib.*

15 Priuatim Collegiales omnes singillatim audiant, & tum de priuatis, tum de communibus rebus pro qualitate personarum adscitos interrogent, & audiant; & si quid vel in publico Cap. vel priuatim audierint notatu dignum, notent: cubicula, loca, & officia omnia visitent, & animaduertant si quid offendant contra institutiones, & regulas nostras, maxime in rebus ad cultum diuinum spectantibus. *Ib.*

16 Villas quoq; seu possessiones, si expediat visitent. *Ib.*

17 In officiorum visitatione vti poterunt ratione ad id præscripta; Vicario relinquentes quę minutiora sunt, & potius à Præposito intelligentes quomodo habeantur. *Ibid.*

18 Benigne, patienterq; omnes audient, non tamen in confessione, sed, si expedire iudicent, dent poscentibus extraordinarium Confessarium ex Collegio, pro eo tempore tantùm. *Ibid.*

19 Libertatem, & fidem in patefaciendis quæ fructui esse possunt in Visitatione tueantur. Si quem compererint ab hoc officio deterrere, aut obijcere quæ iam detulerit, pro modo culpæ, aut puniatur à Visitatoribus, aut ad Generalem deferatur. *Ibidem.*

20 Ita rerum veritatem inquirant, vt tamen non exigant à quoquam quod per sacram doctrinam aut dicere, aut facere non possunt. *Ibidem.*

21 Caueant ne suspicentur Collegiales, si forte aliqua in re dissentiant ipsi Visitatores. *Ibid.*

22 Superiorum auctoritatem tueantur, & per eos fieri executionem eorum, quæ decreuerint, siue à Præp. local. siue Prouincialibus, prout ad illos, vel ad hos negotium spectabit. *C. L. 4. Ibid.*

23 Si superiores negligentes deprahenderint, aut corrigendos; ad Generalem deferant, qui id præstet, loco, & tempore opportuno. *Ibidem.*

24 Si quid grauius constituendum fuerit, communicent cum Generali Præp. *Ibid. & Reg. Visit.*

25 Exquirant à Præpositis, & Superioribus localibus causas erratorum, vel omissorum contra Const. & cuiuscumq; generis Decreta; & si non reddantur rationabiles, in eos pro modo culpæ animaduertant, & præsertim si omittatur casuum conferentia, *Mon. Cap. Gen. 1620. 1632.*

26 Inquirant, num aliqui festine nimis aut indecenter missam celebrent, & seuere in eos animaduertant, etiam suspensione à celebra-

bratione. *Mon. Cap. Gen.* 1630.

27 Videant an acta Collegiorum ad formulam sint descripta. *Mon. Cap. Gen.* 1623.

28 Citissime se expediant: non tamen ideo suo muneri implendo propterea desint. *Ibidem*.

29 Visitationem salubri sermone concludent, & plenariam indulgentiam rite confessis & communicatis ex concessione Sixti. V. collegialibus concedent; præscriptis cæteris ad spetialem Collegij progressum. *Ibidem*.

30 Quæ emendanda, præscribenda, decernendaue ducent, alia in præsentia exequi poterunt; quædam ore in vniuersum, alia scripto relicta admonebunt, vt magis in rem præsentem expediet. *Ibid.*

31 Grauia ne fecerint inconsulto Gen. Præposito, nisi extraordinariam facultatem habeant, aut quid inciderit, quod in præsentia remedio indigeat, de quo postea Generalem doceant. *Ibid.*

32 Ne leues, aut minutas admonitiones, vel ordinationes scripto consignent, & scriptas deferant ad Generalem approbandas, vt casum suis litteris ad Collegia mittant. *Ib.*

33 Eidem Generali, peracto visitationis cursu, omnia per eos acta, vniuscuiusq; Collegij & personarum statum fideliter referant, cauentes ne ex proprij affectus dispositione quidquam veritati detrahant. *Ibid. & Const. Ibidem*.

34 Referant item summam dati, accepti, & expensi cuiusque Collegij, & eius quod ei debetur, & quod ipsum debeat. *Ibidem*.

35 Secreta vero omnia habeant, & retineant, præsertim quidquid alicui personæ vel Collegio detrimentum afferre possunt. *Ibid.*

36 Comburant notulas erratorum si quas fecerint. *Ibidem*.

De Visitatorum præcedentia, Vide sup. *V. Præcedentia*.

37 Legant simul regulam Visitatorum, cum primum ad visitationes obeundas conueniunt. *Reg. Visitat.*

38 Superiores locorum transmittant Decreta à Visitatoribus, & Generali, in Visitatione facta, ad suum Prouincialem. *Mon. Cap. Gen.* 1614.

39 Visitatores transmittant ad Gen. ratione dati & accepti, à Proc. & Discretis Collegiorum firmatam. *Fam. Litter. Visit.*

De Visitatorum electione extra Cap. Gen. vide sup. V. *Assistentium electio extra Cap. Gen.*

V. V. *Visitatio officiorum*.

V. *Cubicula*.

V. *Litteræ Visitatorum*.

VISITATIO OFFICIORVM.

1 Coram Vicario, & Discretis, Præfectus officij minoris, petita benedictione, & præuia oratione de more in loco, vbi officium exercetur, legat officij sui regulam, & si officialis legere nesciat, suppleat

iunior Discretus. *Reg. de Visit. offic.*

Eadem ratio seruetur, si officinę proprium non habent locum. *Ibid.*

2 Dum legitur, Visitatores per singula capita quærant de illorum obseruantia, de impedimẽtis quominus non seruentur, & quæ opus sunt notent memoriæ causa. *Ibid.*

3 Lustrent loca singula, & videant an omnia recte se habeant: inuentarium conferant: notent in vtroq; indice & addita, & quæ quauis ratione defecerint: inquirant an seruata decreta generalium Visitatorum. *Ibid.*

4 Dimisso officij Præfecto, conferat Vicarius cum Discretis quid expedire in ea visitatione videbitur, & quod statuerint, notetur in libro Vicarij, apposito die, & Præp. subscriptione, vt quamprimum executioni mandetur; quæ vero Præfecto scire necesse erit, scribat in suo libello ad id parato. *Ibidem*.


5 Tempus huius Visitationis definiatur à Præp. cum consilio Discretorum. *Ibidem*.

6 Quatuor maiora officia Præpositus ipse visitet; Vicarij quidem, & reliquorum, vna cum Discretis; Discretorum vero, vna cum Vicario. *Ibidem*.

7 Cubicula vno die omnia Prep. cum Discretis visitet quo tempore omnes congregati sunt Collegiales, à quibus claues repetat, & certo spacio abesse à cubiculis omnes iubeat. Visitabit autem omnia diligenter, libros, scripta, scrinia, recondita omnia; & quidquid contra regulas depererit, sine cunctatione amoueat. *Ibid.*

8 Idem fiat de locis, quæ officinæ non sint, & si quid prouidendum viderit, notet. *Ib.*

9 Legatur hæc formula antequam ad visitationem accedatur. *Ibidem*.



FINIS.

INDEX

VERBORVM, SEV TITVLORVM

Manualis P. D. Haymonis Corij.

Cho-

Mun-

Finis Index.





